DE CULTU EUCHARISTICI CORDIS JESU

DU MÊME AUTEUR

Le Cœur Eucharistique de Jésus. — Ses divines leçons. — Nouvelle édition in-12..... 12 fr. »
Par la poste..... 12 fr. 75

Mgr l'évêque d'Angoulême, écrit à l'auteur :

« Vous avez admirablement mis en relief les divines leçons du Cœur Eucharistique, et tous ceux qui comprennent et sentent la beauté sublime et substantielle de cette dévotion vous sauront gré de leur avoir livré les trésors ineffables du divin Cœur dans un exposé tout plein de doctrine et de piété... »

De *Mgr l'évêque de Saint-Claude :*

« Avec l'accent de conviction et l'éloquence persuasive qui révèle l'apôtre aussi zélé qu'éclairé, vous exaltez l'amour infini qui a conçu et réalisé le don de l'Eucharistie, ce don suprême du Cœur très aimant de Jésus.... Votre ouvrage se recommande à toutes les âmes désireuses de rendre au Cœur de Jésus les hommages d'adoration et de reconnaissance qu'il réclamait lui-même en réparation des outrages dont il est l'objet dans le Sacrement de son amour... »

A l'école du S. Cœur de Jésus. — Retraite de 10 jours d'après les écrits de Ste Marguerite-Marie. Nouvelle édition. In-12 de 500 pages..... 12 fr. »
Par la poste..... 12 75

S. E. le cardinal Van Rossum C. SS. R., Préfet de la Propagande, écrit à l'auteur :

« Cette retraite a le grand mérite de faire de la dévotion au Sacré-Cœur un vrai moyen de solide vertu et de sainteté... Vous avez su découvrir et enchâsser habilement tous les précieux joyaux que cette dévotion renferme, et vous avez montré aux âmes le moyen de les acquérir et de les transporter pour toujours dans leur intérieur. Je suis très heureux de ce travail aussi parce qu'il est nouveau dans son genre et qu'il donnera le loisir de varier le thème des exercices spirituels. »

De *Mgr Chollet, archevêque de Cambrai :*

« Mon pèlerinage à Lourdes ne pouvait mieux se clôturer que dans ces pages. C'est limpide comme le Gave qui là-bas coule et chante aux pieds de Marie, et c'est chaud comme les cierges qui brûlent dans la grotte. »

Les Retraites Populaires. — Importance. — Organisation. — Résultats. In-12..... 1 fr. »

Mgr Chollet, archevêque de Cambrai :

« Cette œuvre des retraites populaires est très ingénieuse et me paraît souverainement intéressante et féconde. Je vais faire étudier cela par mon directeur des Œuvres. Puissiez-vous inaugurer bientôt cette campagne dans mon diocèse ! »

Mgr Quilliet, évêque de Lille :

« Mes félicitations et mes vœux pour l'excellente brochure sur les retraites populaires que l'on ne saurait trop recommander. »

Mgr Ruch, évêque de Strasbourg :

« A lu avec un vif intérêt votre travail sur les retraites populaires. L'œuvre lui paraît apte à faire beaucoup de bien. Puisse-t-elle avoir très grand succès ! »

Cor Jesu Eucharisticum,
adauge nobis fidem, spem,
et caritatem.

(*300 dies ind.*).

DESIDERATUS CASTELAIN
C. SS. R.

DE CULTU EUCHARISTICI CORDIS JESU

HISTORIA — DOCTRINA — DOCUMENTA

ALMA COLLEGE
233.72
LIBRARY
C276
Alma, California

GABRIEL BEAUCHESNE, ÉDITEUR
A PARIS, RUE DE RENNES, 117
MCMXXVIII

4034

NIL OBSTAT
Parisiis, die 17ª Decembris 1926
E. NICOLAS, *c. ss. r., s. prov.*

IMPRIMATUR
Parisiis, die 4ª Maii 1927
V. DUPIN, *v. g.*

SACRATISSIMO

CORDI JESU EUCHARISTICO

PER MANUS

BEATAE VIRGINIS IMMACULATAE

NOBIS PERPETUO SUCCURRENTIS

ET SUB PROTECTIONE

S. PATRIS NOSTRI ALPHONSI-MARIAE DE LIGORIO

DOCTORIS ECCLESIAE

IN TESTIMONIUM

FIDEI, SPEI, AMORIS ET GRATITUDINIS.

INTRODUCTIO

Devotio illa, quae speciali honore Cor Jesu Eucharisticum percolit, fuit diversis subjecta vicissitudinibus, priusquam tandem fuerit apud christianos hacce recenti aetate vulgo recepta.

Plurimis jamvero adjuta incitamentis et suffragiis comprobata tum Summorum Pontificum, tum E. E. Cardinalium et Episcoporum, illa longe lateque brevissimo tempore diffusa, velut arbor evangelica ramos sine intermissu extendit.

Duplex enim sodalitas, fidelibus una, sacerdotibus vero alia destinata, permultos sub nomine ac protectione Cordis Jesu Eucharistici ubique gentium cooptatos habet, quibus quam locupletissimas largitur indulgentias.

Quae ergo et qualis est devotio illa quae tam magnum tamque rapidum habuit profectum?

De hac viri non pauci nec mediocri quidem praediti ingenio bene jam scripserunt. Quos inter laudare juvat praeclarum ac Reverendissimum Patrem Lepidi, S. Palatii Magistrum, qui edidit opusculum cui titulus : De Cultu Cordis Jesu Eucharistici explicatio dogmatica (1), *RR. Patres Garénaux et Krebs, Congregationis SS^mi Redemptoris, qui opuscula edide-*

(1) Cfr. : *Acta Congressus Lapurdensis* (Lourdes), 1899, p. 113.

runt quae inscribuntur : De devotione erga Cor Jesu Eucharisticum, *necnon et R. P. Thiébaut, C. SS. R. :* Leçons en forme de catéchisme sur la dévotion au C. E.

Hactenus tamen de hac devotione nec historia habetur completa, nec tractatus prodiit scientificus. Faxit Deus ut aliquis Cordi Jesu Eucharistico devotus, opus hoc perfectum tandem edat. Nos vero in praesentia, experimenti causa tantum, librum hunc nostrum aggredi conati sumus.

Praecipua autem nostrae lucubrationis laus, si qua illi debetur, tota ex eo venit quod summa ac religiosa probitate confectum fuerit. Totam enim praesentis tractatus materiam ex certissimis fontibus ipsi hausimus et recognovimus; idoneos testes interrogavimus; quidquid circa hanc devotionem scriptum fuerit attente perlegimus, documenta tum antiquiora tum recentiora evolvimus, praesertim Litteras ac Brevia Summorum Pontificum. Quae tamen documenta, brevitatis causa, in fine operis reposuimus.

Nostra ergo facere possumus verba Eminentissimi Cardinalis nostri Van Rossum, C. SS. R., in suo doctissimo libro De Essentia sacramenti Ordinis : « *Propter rei summam gravitatem necessarium esse putavi si vere aliquid proficere velimus, omnia, quae quocumque modo ad quaestionem pertinent in propriis fontibus inspicere atque examinare. Hinc quascumque adducturus sum auctoritates, textus, locos seu simplices, ut dicunt, citationes, non ex aliis scriptoribus bona fide transcripsi, sed ipse ex propriis auctorum scriptis et authenticis documentis deprompsi, praeferens omittere ea quae ipse inspicere et examinare non potui. Improbus sane labor, sed quem tanta quaestio maxime meretur* (1). »

(1) *De Essentia sacramenti Ordinis*, p. 8, n. 6.

Fructus investigationum nostrarum, studii ac laboris nostri, hodie in lucem proferimus.

Unicus nobis est finis propositus : nempe ut Cor Jesu Eucharisticum hisce paginis licet imperfectis uti dignetur, quo perfectius Cor Ipsius amantissimum ubique cognoscatur ac diligatur.

Quam ob causam necesse fuit devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum historiam, quantum res sinit, revelare. Quod fecimus in prima hujus tractatus parte.

Oportuit deinde, hujus devotionis naturam diligentissima investigatione perscrutari, illam ab aliis distinguere, ipsamque patefacere omnibus iis argumentis munitam quae valeant ei auctoritatem conciliare apud christianos et in S. Ecclesia. Quod erit objectum secundae partis.

Sequentem in hac II^a^ parte servavimus ordinem, qui respondere videtur omnibus quae circa hanc devotionem proponi possunt, quaestionibus :

I. De natura devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum;

II. De relatione inter hanc devotionem, et devotionem erga SS. Cor Jesu;

III. De relatione inter istam devotionem, et devotionem erga SS. altaris Sacramentum;

IV. De fundamento devotionis nostrae quaerendo in Evangelio;

V. De ipsius fundamento in sacra liturgia;

VI. De ejus fundamento in verbis recentiorum Summorum Pontificum;

VII. De ejus fundamento in traditione catholica;

VIII. De excellentia cultus erga Cor Jesu Eucharisticum;

IX. De convenientia specialis cultus erga Cor Jesu Eucharisticum;

X. De opportunitate hujus cultus;

XI. De praxi hujus devotionis.

Denique in tertia parte, *omnia relate ad nostram devotionem documenta colligabimus.*

Antequam opus aggrediamur, nostra facere volumus haec verba, quibus, in congressu Lapurdensi (Lourdes, 1899) R. Pater Tesnières suam de Corde Eucharistico perbellem orationem incipiebat : « Vellem equidem hoc opere, caeterum ommino simplici et perbrevi, statuatur tandem, et pro omnibus, ut probe legitimum, nomen « Cor Eucharisticum » hodierna pietate attributum adorando Cordi Jesu Christi, statuatur pariter et jus illud invocandi quin ullus arguatur de novitate vel temeritate; nimis felix ego si unquam possem et amorem erga Ipsum in vobis incitare et desiderium inspirare diffundendi ejus notionem. Incredibile dictu (ut mihi videtur) si quis post auditam ejus defensionem licet imperfectam, sese non sentiat illectum ad hoc nomen benedictum, nomen vitae et amoris, animae labiisque suave ut ipsa Eucharistiae medulla, nomen novum manna absconditi sub specierum sacramentalium involucris, iisque omnibus promissi quorum fides victrix novit ad intimam naturam pervenire mysterii inter alia altissimi et amabilissimi (1). »

(1) « Je voudrais que ce travail, très simple d'ailleurs et très court, eût pour effet d'établir définitivement, et pour tous, la parfaite légitimité du nom de Cœur Eucharistique décerné par la piété contemporaine au Cœur adorable de Jésus-Christ, et le droit à l'invoquer sans être taxé de nouveauté ou de témérité ; trop heureux serais-je si je pouvais arriver à le faire aimer de vous et à vous inspirer le désir d'en répandre la connaissance. Il me paraît difficile que quiconque en aura entendu la justification, pour imparfaite qu'elle soit, ne se sente attiré vers ce nom béni, ce nom de vie et d'amour, doux à l'âme et aux lèvres comme la moelle même de l'Eucharistie : « nom nouveau » de la « Manne cachée » sous l'écorce des signes sacramentels, qui est promise à tous ceux dont la foi victorieuse sait pénétrer jusqu'aux réalités intimes du plus profond et du plus aimable des mystères. »

Acta Congressus Lapurdensis (Lourdes), 1899, p. 398.

Librum hunc ergo, ad gloriam Cordis Jesu Eucharistici inceptum, huicque amantissimo Cordi per manus Immaculatae Virginis Mariae humillimo ac devoto animo oblatum, pietati etiam tuae, benevole lector, propono, atque judicio tuo committo.

Maxima mihi merces erit, et quidem praeter laboris mei meritum, si tu ex hisce pagellis haurias perfectiorem cognitionem et amorem SS. Cordis Jesu qui, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos (1) *instituendo SS. Eucharistiam, et si fervidis precationibus tuis id mihi impetres ut istud SS. Cor Eucharisticum in terris diligam ac in aeternum in caelis contemplare ac laudare merear.*

(1) Joan., XIII, 1.

AUCTORES ET OPERA QUAE IN HOC LIBRO ALLEGANTUR, CUM EDITIONIS INDICATIONE

Acta Apostolicae Sedis. Romae, Typis Vaticanis.
Acta Leonis XIII. 23 in-4°. Romae, Typis Vaticanis.
Acta Pii X. 4 in-4°. Romae, Typis Vaticanis.
Adoration Réparatrice (Revue). Rome.
DE AGUILAR, O. M., *Orbis Eucharisticus*. Salmanticae, 1725, 1 in-12.
ALBERTUS MAGNUS (B.), *Opera Omnia*. Lugduni, 1651, 21 in-fol.
D'ALÈS, *Dictionnaire Apologétique de la Foi Catholique*. Paris, Beauchesne.
Alliance des Grands Séminaires (Compte rendu du IVe Congrès en 1909). Paris, Beauchesne, 1 in-8°.
ALPHONSUS DE LIGORIO (S.), *Theologia Moralis*. Romae, 1904. Edit. Gaudé, 4 in-4°.
— *Opere ascetische*. Torino, Marietti, 1845, 14 in-8°.
AMBROSIUS (S.). Migne.
Ami du Clergé (Revue). Langres.
Annales du Saint-Sacrement (Revue). Lyon.
ANSELMUS (S.).Migne.
Apôtre du Foyer (Revue). Saint-Étienne.
Archiconfrérie du Cœur Eucharistique (Revue). Paris, 170, Boulevard du Montparnasse.

BATTANDIER (Mgr), *Annuaire Pontifical*. Bonne Presse, Paris, 1 in-12.
BAUNARD (Mgr), *L'Apôtre S. Jean*. 5e édit., Poussielgue, Paris, 1892, 1 in-12.
BENEDICTUS XIV, *Opera Omnia*. Prati, 1839, 7 in-4°.
BERNARDUS (S.). Migne.
BERNARDUS SENENSIS (S.), *Opera Omnia*. Paris, 1636, 5 in-fol.
BEBTHE, C. SS. R., *S. Alphonse de Liguori*. 3^a^ edit. Retaux, Paris, 2 in-8°.
BEURIER, Eud., *Sermons*. Paris, 1784, 2 in-8°.
BILLOT (Card.), *De Verbo Incarnato*. 2^a^ edit., Romae, 1895, 1 in-8°. Tipografia Polyglotta de Propaganda fide.

Biroat, *La Vie de Jésus-Christ dans le Saint Sacrement de l'autel,* 5e édit., Paris, 1676, 1 in-12.
Blot, *Le Cœur Eucharistique.* Paris, Poussielgue, 1892, 2 in-12.
Bollandistes, *Acta Sanctorum.* Paris, Palmé, 1865.
Bona (Card.), *Opera Omnia.* Venise, 1752, 1 in-fol.
Bonaventura (S.), *Opera Omnia.* Editio Quaracchi. 10 in-fol.
Bonucci, S. J., *Connaissance du Cœur de Jésus percé par la lance,* traduction Luquet. Vrayet de Surey, Paris, 1863, 1 in-12.
Brassac, S. S., *Manuel biblique.* 13e édit., Paris, 1910, Roger, 1 in-12.
Bucceroni, S. J., *Commentarii de S. Corde Jesu.* Editio III. Rome, Cuggiani, 1890, 1 in-12.
Bullarium. Editio Taurinensis, 1857-1872, 24 in-4°.
Bullarii Romani Continuatio. Prati, 1849, 10 in-4°.
Bulletin Mensuel de l'Œuvre du Vœu National au Sacré-Cœur de Jésus (Revue). Paris.

Cajetanus (Card.). *Angelici Doctoris Summa cum Commentariis Cajetani.* Rome, 1773, 10 in-fol.
Calmès, O. P., *L'évangile de S. Jean.* Paris, Lecoffre, 1904, 1 in-8°.
A. Carpo, O. M., *Bibliotheca Liturgica.* Bononiae, 1878, 1 in-8°.
Catechismus Romanus Concilii Tridentini. Ratisbonne, 1866, 1 in-12.
de la Colombière, S. J., *Œuvres.* Séguin, Avignon, 1832, 5 in-12.
Concilium Tridentinum. Coloniae Agrippinae, 1722, 1 in-8°.
Contenson, O. P., *Opera.* Lugduni, 1687, 2 in-fol.
Congrès Eucharistiques Internationaux (Actes officiels).
— de Lille, 1881. Lefèbvre, Lille, 1 in-8°.
— d'Avignon, 1882. Lefèbvre, Lille, 1 in-8°.
— de Fribourg, 1885. Lefort, Lille, 1 in-8°.
— de Paris, 1888. Dumoulin, Paris, 1 in-8°.
— d'Anvers, 1890. Bellmans, Anvers, 1 in-8°.
— de Reims, 1894. Imprimerie de l'Archevêché, Reims, 1 in-8°.
— de Bruxelles, 1898. Goemaere, Bruxelles, 1 in-4°.
— de Lourdes, 1899. Imprimerie Saint-Paul, Bar-le-Duc, 1 in-8°.
— d'Angers, 1901. Germain, Angers, 1 in-8°.
— de Namur, 1902. Wesmael, Namur, 1 in-8°.
— d'Angoulême, 1904. Despujols, Angoulême, 1 in-8°.
— de Rome, 1905. Jonquières, Rome, 1 in-8°.
— de Tournai, 1906. Casterman, Tournai, 1 in-8°.
— de Metz, 1907. Imprimerie Lorraine, Metz, 1 in-8°.

Congrès de Cologne, 1909. Kommissionsverlag und Druck von Bachen, 1 in-8°.
— de Montréal, 1910. Beauchemin, Montréal, 1 in-4°.
— de Vienne, 1912 (Section française), Lethielleux, Paris, 1 in-12.
Congrès Eucharistique diocésain de Poitiers, 1911. Société d'Imprimerie, 1 in-8°.
Coret Jacques, S. J., *Le bonheur de cette vie mortelle. Jésus au Saint Sacrement.* Liége, Dauthez, 1688.
Croiset, S. J., *La Dévotion au Sacré-Cœur.* Palmé, Paris, 1873, 1 in-18.
Cornelius a Lapide, S. J., édit. Crampon, Vivès, Paris, 1877, 21 in-4°.
Cyrillus Alexandrinus (S.). Migne.

Dechamps, C. SS. R. (cardinal), *Œuvres complètes.* Malines, Dessain, 1874, 16 in-8°.
Dirckink, S. J., *Exhortationes ad Religiosos.* Cologne, 1704, 1 in-8°.
Dyonisius Areop. (S.). Migne.
Dyonisius Carthusianus. *Opera.* Monstrolli, 1901, 42 in-4°.

Emmanuele di Gesu Maria, *Le finesse d'amore di Gesù demonstrate.* Napoli, 1713, 1 in-8°.
Ephraem (S.), *Hymni et Sermones.* Edit. Lamy, Mechliniae, Dessain, 1882, 4 in-4°.
Etudes Ecclésiastiques (Revue). Paris.
Etudes des PP. Jésuites (Revue). Paris.
Eudes (S.), *Le Cœur adorable de la Très Sacrée Mère de Dieu.* Séguin aîné, Paris, 1844, 2 in-8°.
Euthymius. Migne.
Eymard (B. P.), *La Divine Eucharistie.* 1re Série, Poussielgue, Paris, 1 in-18.

Faber (P.), *Le Saint Sacrement.* Bray, Paris, 1857, 1 in-12.
Franciosi, S. J., *Dévotion envers le Sacré-Cœur de Jésus.* 7e édit., Nancy, Vagner, 1878, 1 in-12.
Franciscus Salesius (S.), *Œuvres complètes.* Edit. d'Annecy.
Franco, S. J., *Dévotion au Sacré-Cœur.* Traduction Labis, Tournai, Casterman, 1862, 1 in-12.
Franzelin (C.), *De Eucharistia.* Edit. III, Rome, 1878, in-8°.
Fulgentius (S.). Migne.

de Gallifet, S. J., *Excellence de la dévotion au Cœur Adorable de Jésus.* Douniol, Paris, 1861, 1 in-12.
Garénaux, C. SS. R., *Dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus.* Paris, 1925, 1 in-12.

Gertrudianae Revelationes (Legatus divinae pietatis). Oudin, Poitiers, 1875, 1 in-8°.

Gibbon, O. P. A., *Theologia Scholastica*. Conimbricae, 1745, 6 in-4°.

Ginther, *Speculum amoris et doloris in Corde Jesu*. Edit. III, Augustae Vindelicorum, 1705, 1 in-4°.

Godefroy, *Histoire de la Littérature Française*. Gaume, Paris, 1879, 9 in-8°.

Gonnet, O. P., *Clypeus Theologiae Thomisticae*. Vivès, Paris, 1875, 6 in-4°.

Gregorius Magnus (S.). Migne.

Guerricus (Abbas). Migne.

Herrmann, C. SS. R., *Institutiones Dogmaticae*. Cuggiani, Rome, 1908, 2 in-8°.

Hervé, *Theologia dogmatica*. Paris, 1926, 3 in-8°.

Hurter, S. J., *Theologia Specialis*, Edit. IV, Oeniponte, 1883, 3 in-8°.

Huleu, *Tractatus historico-asceticus de Eucharistiae Sacramento*. Mechliniae, Hanicq, 1784, 2 in-12.

Innocentius III. Migne.

Ignace de Loyola (S.), *Les Exercices Spirituels*. Avignon, 1835, 1 in-32. Anvers, 1689, 1 in-12.

Jansens (Mgr), *Summa Theologica*. Friburgi, Herder, 1902, 6 in-4°.

Joannes Chrysostomus (S.). Migne.

Joannes Damascenus (S.).

Kirfel, C. SS. R., *Bericht über die Andacht zum Eucharistischen Herren Jesu*. Rome, 1912, 1 in-8°.

Knabenbauer, S. J., *Commentarius Evangelii secundum Lucam*. Paris, 1896, 1 in-8°.

— *secundum Joannem*. Lethielleux, Paris, 1898, 1 in-8°.

Krebs, C. SS. R., *La Dévotion au Cœur Eucharistique*. Téqui, Paris, 1912, 1 in-18.

Lallemant, S. J., *Entretiens sur la Vie cachée de Jésus-Christ dans l'Eucharistie*. Paris, Douniol, 1857, 1 in-18.

Lanspergius, *Opera omnia*. Edit. Garnefelt, Cologne, 1693, 5 in-12.

Laurentius Justinianus (S.), *Opera Omnia*. Venise, 1751, 3 in-fol.

Lejeune, *La Dévotion au Sacré-Cœur*. Lethielleux, Paris, 1 in-12.

LEPIDI, O. P., *De Cultu Cordis Jesu Eucharistici. Explicatio Dogmatica.* Paris, Téqui, 1926, 1 in-12.
LEROY, *Les litanies du Sacré-Cœur de Jésus. Commentaire dogmatique.* Liége, H. Dessain, 1904, 1 in-8°.
LEROY, *De SS. Corde Jesu, ejusque cultu.* Liége, Dessain, 1882, 1 in-8°.
LORTHIOIT, C. SS. R., *Le Cœur Eucharistique de Jésus.* Paris, Téqui, 1925, 1 in-18.
LOUIS DE GRENADE, O. P., *Œuvres complètes.* Traduction Bareille, Vivès, Paris, 1864, 22 in-8°.
LUDOVICUS BLOSIUS, *Opera.* Lovanii, 1568, 1 in-fol.
LUDOVICUS DU PONT, S. J., *Œuvres.* Martin, Paris, 1864, 4 in-8°.
LUGO (C.), S. J., *Opera.* Lugduni, 1636, 7 in-4°.

MANNENS, *Theologia Dogmatica.* Ruremonde, 1901, 3 in-8°.
Manuale Pii Sacerdotis, complectens exercitia excerpta ex operibus S. Alphonsi, 2e édit., Pustet, 1899, 1 in-18.
Marguerite-Marie (*S.*), par BOUGAUD. Paris, Poussielgue, 1875, 1 in-12.
— par LANGUET. Edit. Gauthey, Paris, Poussielgue, 1890, 1 in-8°.
— *Sa Vie et Ses Œuvres.* Edit. Gauthey, Paris, de Gigord, 1915, 3 in-8°.
Marie du Divin Cœur, par CHASLES. Paris, 1905, 1 in-12.
Mechtildianae Revelationes (liber specialis gratiae). Poitiers, Oudin, 1877, 1 in-8°.
MERBESIUS, *Summa Christiana.* Paris, 1683, 1 in-fol.
Messager du Sacré-Cœur (Revue). Tournai.
MONSABRÉ, O. P., *Retraites Pascales.* Lethielleux, Paris, 1911, 9 in-12.
MUZZARELLI, *Dissertation sur la Dévotion et le Culte du Sacré-Cœur.* Avignon, Séguin, 1826, 1 in-12.

NATALIS ALEXANDER, O. P., *Expositio litteralis et moralis S. Evangelii.* Venetiis, 1704, 1 in-fol.
Nederland Katholicke Steemmen. Waanders, Zwolle.
NILLES, S. J., *De rationibus festorum Smi Cordis Jesu et Cordis Mariae.* Œniponti, 1869 et 1885, 2 in-8°.
Nouvelle Revue Théologique, Tournai.
NOVARINUS, *Electa Sacra.* Agnus eucharisticus. Lugduni, 1638, 1 in-fol.

ODO CLUNIACENSIS. Migne.

Passion du Cœur de Jésus renouvelée dans l'Eucharistie. Moulins, Desrosiers, 1879, 1 in-12.

Perrone, S. J., *Praelectiones Theologicae.* Viennae, 1846, 4 in-8°.
Petrus de Alcantara (S.), *De Meditatione et Oratione.* Coloniae Agrippinae, 1674, 1 in-18.
Petrus Blesensis. Migne.
Petrus Chrysologus (S.). Migne.
Petrus Damianus (S.). Migne.
Pie (Card.), *Ses Œuvres.* Poitiers, 1876, 9 in-8°.
Prêtre (*le*) *sanctifié par la récitation de l'office divin et par la célébration de la sainte messe.* Avignon, 1833, 1 in-12.
Prêtre du Cœur Eucharistique (Revue). Paris, 1914.
Plum, C. SS. R., *Handbüchlein der Erzbruderschast von eucharistischen Herzen Jesu.* Saarlouis, 1910, 1 in-18.

Règne du Cœur de Jésus, par un Oblat de Marie Immaculée (Yenveux). 2e édit., Paris, 1900, 5 in-12.
Revue Bénédictine. Abbaye de Maredsous.
Rodriguez, S. J., *La Perfection chrétienne.* Coignard, Paris, 1680, 1 in-4°.
Rupert, O. B. Migne.

La Sainte Famille (Revue). Paris.
Salmanticenses. Paris, 1882, 20 in-4°.
Salmeron, S. J., *Opera.* Coloniae Agrippinae, 1604, 7 in-4°.
Sauvé, S. S., *Le Culte du Sacré-Cœur.* Vic, Paris, 2 in-12.
de Ségur (Mgr), *Le Sacré-Cœur.* Haton, Paris, 1872, 1 in-18.
Semaines Religieuses de Bayeux, de Nancy, de Paris.
Signoriello, *Lexicon Peripateticum Philosophico-Theologicum.* 2a édit., Neapoli, 1872, 1 in-8°.

Tanquerey, S. S., *Theologia Dogmatica.* Editio XXI, Paris, Desclée, 1922, 3 in-8°.
Terrien, S. J., *La Dévotion au Sacré-Cœur.* Paris, Lethielleux, 1893, 1 in-12.
— *Marie, Mère des Hommes.* Paris, Lethielleux, 2 in-12.
Tesnières, *Somme de la Prédication Eucharistique.* Paris, 1896, 5 in-12.
Thauler, *Opera omnia a Laurentio Surio in latinum sermonem translata.* Sermones. Parisiis, 1623, 1 in-8°.
Théophylactus. Migne.
Thiébaut, C. SS. R., *Leçons en forme de catéchisme sur la dévotion au Cœur Eucharistique.* Bruxelles, Dewit, 1911, 1 in-8°.
Thomas (S.), O. P., *Opera.* Parmae, 1854.
Thomas (abbé), *La Théorie de la dévotion au Sacré-Cœur de Jésus.* Desclée, Tournai, 1 in-12.

TOURNELY, *Opera*. Venetiis, 1731. 12 in-4°.
Traditio Eucharistica. Barri-Ducis, 1869, 2 in-12.
Très Saint Sacrement. Revue des Œuvres Eucharistiques, Paris.

VACANT-MANGENOT, *Dictionnaire de Theologie Catholique*. Paris, Letouzey.
VAN NOORT, *De Deo Redemptore*. Amsterdam, 1910, Van Langenhuysen, 1 in-8°.
VAN ROSSUM (C.), *De Essentia Sacramenti Ordinis*. Friburgi-Brisgoviae, 1913, 1 in-8°.
VIVÈS (C.), *Annus Eucharisticus*. Romae, 1909, 1 in-12.
VERMEERSCH, S. J., *Pratique et doctrine de la dévotion au Sacré-Cœur*. 4ª edit. Tournai, Casterman, 2 in-18.

YSAMBERT, *Opera*. Lutetiae Parisiorum, 1639, 6 in-fol.

PARS PRIMA

HISTORIA DEVOTIONIS ERGA SS. COR JESU EUCHARISTICUM

CAPUT I

De cultus privati origine et progressu.

ARTICULUS I. — *De origine.*

Rectissime haec olim, in praeclara dissertatione de devotione erga SS. Cor Jesu, scribebat R. P. Vermeersch, S. J. : « Celebriores devotiones, perfectae non nascuntur, sed fiunt, lenta quadam evolutione quam narrat historia. Initium etenim ex adjunctis plerumque ducunt in quibus singulari modo divina apparet Providentia. Impugnatur primum nova devotio, vincit postea; innumerisque experta casibus tandem auctoritatis ecclesiasticae approbationem hortatusque consequitur. Ex eorum autem, qui hujusmodi devotiones propagarunt, mente et intentione, at praesertim ex S. Sedis eas confirmantibus aut emendantibus Decretis, hauriuntur praecipua explicationis positivae elementa, quibus diligentissime exploratis novi cultus naturam recte intelligere fas est, ejusque objectum adaequate definire (1). »

Hanc doctissimi viri sententiam ducem sequemur, adimpletamque videbimus in hac quam aggredimur historica dissertatione circa devotionem erga SS. Cor Jesu Eucharisticum.

Animadvertamus primum celebriores fere omnes quas S. Ecclesia admisit et confirmavit devotiones, a

(1) *Les Études,* t. CVI, janvier 1906, p. 148.

privatis ipsius Domini nostri revelationibus esse ortas. Certe, talibus revelationibus non innititur Ecclesia ut aliquam devotionem confirmet fidelibusque proponat; inquirit solum an conveniat necne cum doctrina in Scripturis contenta et fideliter ope Traditionis explanata (1). Attamen revelationes privatae, dummodo veritatis sigillo muniantur, signa sunt divinae voluntatis, et saepe occasionem Ecclesiae praebent, his specialibus devotionibus conferendi approbationem. Ita medii aevi tempore Deus, ut SS. Sacramenti festum institueretur, voluntatem suam S^ae^ Julianae de Cornillon manifestavit. Item saeculo XVII°, Dominus S. Margaritam-Mariam adhibere voluit ut per mundum devotio erga Cor suum Sacrum diffunderetur.

Numquid autem devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, quam eximie efflorescentem hodie miramur, orta est in anima cujusdam Sancti vel Sanctae mystice illuminata dum ad altare cum Jesu in SS. Sacramento colloquebatur? Cui est soli de his judicium ferre, Ecclesia tacet; nec nobis datur dicere quae fuerit arcana hujus devotionis origo (2).

Haud secùs arbores, quarum radices in terra latent, dum truncus ramique, folia atque fructus in luce crescunt. Haud secus fontes, sub montibus altis occulte

(1) Ad haec, quod legitur in Vita Sororis Mariae a divino Corde nuncupatae (c. XI, p. 366). « Statuerunt consecrationem humani generis divino Cordi petendam esse, non ut consequentiam privatae revelationis, sed tanquam theologiae catholicae applicationem quamdam. »

(2) Scriptores quidam affirmarunt hanc devotionem aliquo facto supernaturali interveniente esse ortam. — A. George, C. SS. R., *Rapport au Congrès des Tourailles*. Cfr. *Revue de l'Archiconfrérie du C. E.*, 1909, p. 229. — A. Krebs, C. SS. R., *La dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus*, p. 72. — Canonicus Gerbier, *Rapport au Congrès Eucharistique diocésain de Poitiers*, 1911. Cfr. *Actes du Congrès*, p. 190. — Garénaux, *La dévotion au Cœur Eucharistique*, p. 85.

Quam affirmationem, cum nec in eam inquisierit Ecclesia, nec eam approbaverit, haud recipiendam esse duximus.

serpentes, quos tunc solum cognoscimus cum eorum rivuli in unum collecti magnum efficiunt amnem, qui, uberibus fecundus aquis, per prata virentia vagatur, perque campos floribus et laeto gramine vernantes.

Ineunte anno 1854 primum locuti sunt de Corde Eucharistico ; quod vocabulum, etsi novum, doctrinam tamen exprimebat haud minus antiquam quam ille actus amoris supremi quo institutum est altaris Sacramentum, sicuti in Parte doctrinali supra exponetur. Idcirco S. Ecclesiam brevi pervasit, fideliumque animas, quibus infinitum amorem Dei in Eucharistia latentis melius manifestabat, novo ardore succendit.

ARTICULUS II. — *Devotio nostra prima Ecclesiae suffragia obtinet. — Prima ejus incrementa.*

Primam auctoritatis ecclesiasticae sanctionem primaque incitamenta obtinuit nostra devotio in Condatinâ dioecesi (S.-Claude), cujus Episcopus, R^mus^ Dominus Mabille, die 7^a^ Septembris anni 1854, fidelibus qui orationem vulgo dictam : *Prière au Cœur Eucharistique* recitaverint, indulgentiam quadraginta dierum concessit (1). Quae oratio, a nonnullis Galliae episcopis approbata, anno 1855 typis mandata fuit, ac, animarum utilitati maxime profutura, divulgari incepit (2).

Anno 1860, Ephemeris cui titulus : *Les Annales du Saint-Sacrement,* Lugduni edita cum approbatione R^m^ Domini de Bonald, in aliqua dissertatiuncula, nostram devotionem exponebat eâdem ratione quâ Ecclesia, quadraginta post annis, eam exposuit. Haec prae aliis dicebat : « Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum non est devotio nova, sed devotio specialis; est enim cul-

(1) Cfr. III Part. *Documenta.*
(2) Krebs, *La dévotion au Cœur Eucharistique,* p. 75.

tus ille qui Domino nostro Jesu Christo in Eucharistia defertur, seu meliùs, cultus qui defertur speciali huic amori quem nobis manifestat in SS. Sacramento. Ipsa est simul devotio erga sacratissimum Cor Jesu atque erga altaris Sacramentum. Hoc autem habet peculiare quod inter tot actus infiniti amoris hunc solum attendat et prosequatur quo Jesus Eucharistiae donum excogitavit atque excogitatum opere complevit singulisque renovat diei momentis. Hujus ergo devotionis splendor, quasi lucis serenae radius, utramque supradictam devotionem illuminat excitatque, ita ut per hunc cultum, Sacratissimo Cordi Salvatoris, pro ejus praestantissimo munere, dignum rependatur obsequium (1). »

Interea P. Herman, O. C., quem ad fidem catholicam Eucharistiae mysterium adduxerat, Dominus Dupont, Turonensis sanctus ut appellatur, Ill^mi^ de la Bouillerie et de Ségur hanc devotionem diligentissimi diffundebant in Gallia. R^us^ Dominus Icart alumnos S^ti^ Sulpicii ad eam colendam hortabatur, et B^us^ P. Eymard, S^mi^ Sacr^ti^, in sacris concionibus eam summis efferebat laudibus (2).

Anno 1868, quando jam late diffusa erat devotio illa, Pius IX, venerabilis memoriae, tribus postulantibus episcopis, videlicet Ill^mis^ Mermillod, Genevensi episcopo, de la Bouillerie, Carcassonnensi episcopo, ac Armanton, Theodosiopolitano archiepiscopo, jam primum indulgentiâ pontificali ditabat hancce jaculatoriam precatiunculam. *Laus, adoratio, amor atque gratiarum actio rependantur Cordi Jesu Eucharistico, in omnibus mundi tabernaculis existenti usque ad saeculorum consummationem* (3).

(1) *Annales du S. Sacrement,* II, p. 328. — Blot, *Le Cœur Eucharistique,* t. I, p. 61.
(2) Ephemeris, *La Sainte Famille,* 1906, p. 226.
(3) *Actus Congressus Eucharistici Lapurdensis* (Lourdes), 1899, p. 398.

Eodem anno indulgentia centum dierum a Pio IX omnibus impertiebatur fidelibus qui praedictam recitarent oratiunculam. Quae quidem indulgentia a S. Congregatione Indulgentiarum consignata die 29 Februarii, fuit deindè in *Raccoltà* relata, ac demum a SS. Pontifice Leone XIII anno 1879 confirmata (1).

Inter rationes tantae et tam celeris diffusionis profecto adscribendae sunt conversiones multae et insignes aegrotantium sanationes, quas ubique fideles impetrabant hac exercita devotione erga SS. Cor Jesu nimiùm in Tabernaculis derelictum.

Eodem anno (1868), septem episcopi, inter quos Ill^mi de la Tour d'Auvergne, Bituricensis archiepiscopus, Pie, Pictaviensis episcopus, indulgentiam 40 dierum in propriis dioecesibus eis concesserunt qui « orationem ad Cor Jesu Eucharisticum » recitarent (2).

ARTICULUS III. — *De canonica sodalitatum erectione, deque votis in Congressibus Eucharisticis pronuntiatis.*

Brevi postea, nostra devotio, auctoritate ecclesiasticâ illi solemniori modo favente, novam sortita est fortunam. Antehac poterat quisque fidelis pro sua pietate Cor Jesu Eucharisticum privatim venerari. Nunc vero, promoventibus, vel saltem annuentibus episcopis, imò Ecclesiae ipso supremo Pastore, piae hinc inde erigentur sodalitates.

Vertente anno 1879, R^mus D. Guibert, qui devotionem hanc in sua Turonensi diocesi olim (1871) approbaverat, factus Parisiensis archiepiscopus, opportunum esse censuit ut prima Sodalitas Eucharistici Cordis Jesu in sua dioecesi erigeretur, atque centum dierum

(1) Blot, *Le Cœur Eucharistique*, t. I, p. 42.
(2) Krebs, p. 76.

indulgentia ditaretur invocatio quaedam in honorem ejusdem Cordis sacratissimi.

Eodem ferè tempore (1879), postulantibus Eminentissimis Cardinalibus Guibert, Parisiensi Archiepiscopo, Desprez, Tolosano Archiepiscopo, Lavigerie, Icositano Archiepiscopo, Leo XIII Pontifex maximus apostolico Brevi dignatus est spiritualem indulgentiarum thesaurum pro nostra devotione aperire.

Ex hac secunda et solemni a S. Sede data confirmatione, magna incrementa devotio cepit, statimque sodalitates a Corde Jesu Eucharistico nuncupatae erectae sunt in pluribus dioecesibus, ut v. g. in Parisiensi, Tolosana, Condatina, Virodunensi, Salernitana, Ruthensi, Adjacensi, Icositana, etc...

Mense Junio anni 1881, in Congressu eucharistico Insulis in Galliâ convocato, Dominus Bailly, presbyter parisiensis, relationem de Eucharistico Corde Jesu legit in qua duorum Summorum Pontificum ac multorum episcoporum approbationes commemorabantur. Quam relationem plausu prosecuti sunt omnes (1).

Anno 1882, R^mus^ D. Fava, Gratianopolitanus Episcopus haec scribebat : « Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum ea est quae colit divinum Cor Jesu in Eucharistiâ consideratum, in quâ tenerrimum nobis exhibet amorem. Sunt quos terreant vocabula nova, etsi res exprimant veras atque Ecclesiae probatas. Suas sane rationes se habere dicunt. Sed omnis ratio evanescit quando Ecclesia talia accipit vocabula, quae quidem nihil nisi progressum in fidelium devotione atque in catholici cultus scientia denotant (2). »

Decurrente mense Septembri anni 1882, in secundo

(1) *Acta Congressus Eucharistici Insulis habiti*, p. 8. — *Acta Congressus Eucharistici Avenione habiti*, p. 277.

(2) Cfr. P. III. *Documenta*. — *Documenta historica*, — *Documentum* I.

eucharistico Congressu Avenione habito, R. P. Choizin, Societatis Mariae, omnium corda accendit pulcherrima quam legit relatione, votumque emissum est, omnium omninò plausu exceptum, quo fuit postulatum ut devotio erga Cor Jesu Eucharisticum quam maxime diffunderetur (1).

Anno 1883, Dom Bosco, magnus ille servus Dei, cum audisset de devotione : « Mihi persuasum habeo, inquit, hanc devotionem excitaturam esse in multorum animis amorem erga Jesum Christum ac SS. Eucharistiam. Ego quidem, meique omnes, efficiemus ut magis magisque innotescat, eamque data occasione diffundemus (2) ».

Elabentibus annis 1884-1885, devotio nostra novis indulgentiis ei a S. Sede concessis, plurimisque faventibus episcopis, ita in populo divulgata est ut multis in animo fuerit ipsam in basilica Montis Martyrum Parisiis instituere, sub hac speciali denominatione : « Perpetua Eucharistici Cordis Jesu adoratio in ecclesiâ voti nationalis erecta » (3). Quod consilium ad effectum perduxit R. P. Rey, capellanorum praedictae ecclesiae praeses, qui praeterea amplam dissertationem de natura, fine, legibus sodalitatis, de ejus praemiis et indulgentiis, et de admissionis in ipsam conditionibus, typis mandari curavit. Die 14 Januarii 1885, idem P. Rey novam inauguravit formam qua regenda erat sodalitas adorationis perpetuae Eucharistici Cordis Jesu, hancque affirmabat complementum fore, imo plenam voti nationalis executionem. Ipse insuper, in menstruali ephemeride pii operis a voto nationali nuncupati (4) sub titulo *Venite adoremus,* inseruit hanc

(1) *Acta Congressus Avenionensis,* p. 277.
(2) *Ephemeris Adorationis Reparatricis,* 1906, p. 159.
(3) Cfr. P. III. *Documenta. — Documenta historica. — Documentum* II.
(4) T. X; p. 91.

animadversionem : « in oratione scilicet ad Cor Jesu Eucharisticum (quam quidem indulgentia 100 dierum ditatam voluit Pius IX), totum piae sodalitatis finem compendiosè contineri ». Quovis mense conveniebant sodales, conciunculam de Corde Jesu Eucharistico audituri. Praedictus R. Pater, zelo ductus, ab. Em. Card. Guibert facultatem impetravit dirigendi, ejus ipsius nomine, supplices litteras ad S. Sedem eo fine ut in ipso Monte Martyrum Sodalitas a Corde Jesu Eucharistico nuncupatae in Archisodalitatem erigeretur. Licet postulatio motivis minime dubiis fulta fuisset, concessio tamen, difficultatibus subito exsurgentibus, dilata fuit. Quum vero postea R. Pater Rey a Monte Martyrum recessisset, necesse fuit, mutatis circumstantiis, mutari et consilium quod gloriae Eucharistici Cordis Jesu sanè favisset si intactum permansisset et his conforme statutis, quae prius, mense scilicet Aprili, approbaverat Em. Cardinalis Guibert.

Quibus non obstantibus, sodalitates a Corde Jesu Eucharistico nuncupatae, ubique, in ipso etiam Sinensium imperio, erigebantur, dum preces in honorem Eucharistici Cordis Jesu in plures europeenses linguas, imò in arabicam convertebantur.

Ineunte anno 1888, — eventus sane maximi momenti — postulante Em. Card. Richard, Parisiensi archiepiscopo, SS. Leo XIII, Breve misso die 27 Januarii, dignatus est indulgentias jampridem Parisiensi dioecesi concessas omnibus aliis Galliae dioecesibus communicare. Qui actus Summi Pontificis, ut quisque intelligit, magnopere conducebat ad progressum devotionis ergà Cor Jesu Eucharisticum. Itaque Em. Card. Richard, concessionis pontificiae omnes Galliae episcopos, per litteras die 31 Julii scriptas, certiores fecit eisque praedicti Brevis exemplar descriptum trans-

misit (1). Ut ex verbis ipsius Brevis constat, laetabatur Summus Pontifex, de sodalitatis progressibus, seque dicebat largiori ejusdem extensioni fauturum, « piam societatem seu confraternitatem sub titulo SS. Cordis Jesu Eucharistici, jam alias a S. Sede apostolicis litteris approbatam, per Galliae regiones benedicente Domino latissime diffundi et propagari... Ut dictae societati quae tam salubrem et frugiferum finem sibi proponit, peculiaris benevolentiae Nostrae, testimonium praebeamus, exhibitis postulationibus satisfacere, lubenti animo decrevimus ».

Brevis hic exoptatus, absque mora, ipsa in Urbe, felices effectus consecuturus erat. Die enim 22 Martii, Romae erigebatur pia sodalitas in sacello domus vulgo dictae : « officinarum christianarum ». Quam erectionem dum permitteret, Cardinalis Vicarius Em. Parrochi scribebat : « Nihil hisce temporibus excogitari posset opportunius, vel quo pietas christiana etiam in Urbe Sancta foveretur, vel quo devotio augeretur erga SS. Sacramentum adorationesque multiplicarentur (2). »

Paulò post, crescente Leonis Papae XIII benevolentiâ, Cordis Eucharistici sodalitas in Archisodalitatem erecta est. Soli primo Belgae eo favore usi sunt (3) magnam inter solemnitatem quam Bruxellis, die 23 Januarii 1890, in ecclesia ad S. Godoliam instituerunt. Posteà solummodo futurum erat ut gratia haec universo orbi extenderetur

Episcopi haud minoris ac ipse Summus Pontifex benevolentiae erant. Ill. D. Dabert, Petrocorensis episcopus, in ea quam S. Sedi exhibuit suae dioeceseos administrationis relatione, specialem hanc de Corde Jesu Eucharistico mentionem habebat : « Nunquam majore

(1) Cfr. P. III. *Documenta. Documenta historica. Documentum* III.
(2) *Acta Cnogressus Lapurdensis,* anno 1899, p. 396.
(3) *Breve,* 29 Septembris 1889.

afficior gaudio quam quum video piam erga Cor Domini Jesu Eucharisticum devotionem magis ac magis propagari, et in catholicorum pietate hunc obtinere locum qui illi ex propria ipsius natura debetur. »

Tot talibusque suffragantibus patrociniis, tantum profecit devotio nostra ut mense Decembri 1890, quatuordecim ipsi numerarentur pontificia documenta(1), atque simul litterae Eminentissimorum Cardinalium Guibert, Richard, Couillié, Manning, di Rende, nuntii apostolici, Langénieux, Perraud. Liceat nobis proferre duo saltem testimonia. Em. Card. Guibert, die 13 Novembris 1880 : « Devotio ergà Cor Jesu Eucharisticum, inquiebat, in se continet et conjungit quod excelientius habent tum devotio ergà SS. Sacramentum, tum devotio erga SS. Cor Jesu, cum ejus finis sit honorare cultu speciali Cor Sacrun Domini nostri in hac ipsa actione consideratum qua nobis donavit SS. Eucharistiam quaque adorandam Ipsius praesentiam nobis perpetuam reddidit. » Scribebat autem Em. Card. Langénieux, die 7 Novembris 1886 : « Devotio illa hoc sibi proponit quod in sacrâ religione divinissimum est, Eucharistiam videlicet, simulque id quod maximè intimum ac vivum Eucharistiae inest, Cor Sacrum Domini nostri Jesu Christi. »

ARTICULUS IV. — *Adversis et pugnis objecta devotio.*

§ 1. — Primae colluctationes, primique successus.

Sed devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum, priusquam ad novos eosque decretorios evolaret progressus, res adversae manebant; hoc enim laborum charactere res divinae insigniuntur, hacque solo conditione successus obtinent et diuturnitatem. Infernalis hostis devotionem hanc, et sui regni eversivam, et Cordi Jesu

(1) *Acta Congressus Eucharistici Rhemis habiti,* anno 1894, p. 110.

gloriosam animabusque salutiferam, diù ferre non potuit. Quo certius eam destrueret aut saltem ipsius progressui officeret, homines suscitavit in omne bonum optime animatos, at devotionis istius sat ignaros, quosque fugiebat quam soepe et quantum S. Sedes ipsam fovisset. Uti fere semper, infernus tunc adversus semetipsum pugnabat. Etenim, oppositiones istae, ut evenire solet quando veritas oppugnatur, in evidentiorem veritatis manifestationem verterunt; nec non et in gloriam Cordis Jesu Eucharistici, victoriamque impugnatae devotionis quae tandem ab Ecclesia solemniter approbata fuit.

Sincero animo et abjecta omni praeconcepta opinione, varias sortes referemus illius laboriosae contentionis qua simul decertarunt viri eximio ingenio praediti, itemque virtute conspicui, et quidem, quod ad devotionis principium attinet, concordes; inter se vero discrepantes in fere solo ipsius nomine, quod eam sollicitudinem, qua multi traditionem prosequebantur atque eorumdem novitatis horrorem, offendisse videbatur.

Incoepta res est vertente anno 1891 quae hanc habuit occasionem. Pii quidam fideles zelo magis quam prudentia insignes, quibus nihil auctoritatis in pium opus de Corde Eucharistico demandatum erat, propagare inceperunt varias Cordis Eucharistici effigies, ex quibus una, quam solum hic describere erit satis, Cor exhibebat in media hostia positum quod e summa parte flammas emittebat. Cum vero a S. Sede petiissent ut hanc effigiem approbare dignaretur, S. Officium, die 27 Maii 1891, respondit has novas effigies ut diximus depictas, a S. Sede probari non posse : « *Nova emblemata S. Cordis Jesu in Eucharistia non esse ab apostolica Sede approbanda* » (1).

Cur talis reprobatio? Respondet ephemeris cui titulus

(1) *Actus Congressus Lapurdensis* (Lourdes), 1899, p. 401.

L'Ami du Clergé : « Quia timendum erat ne ista representatio triplicis erroris caput fieret. Etenim, posset fideles parum doctrinae peritos in eo ducere ut credant non Jesum totum sed cor ejus solum latere sub sacris speciebus. Deinde, huic legi status sacramentalis adversari videtur, vi cujus Humanitas Jesu Christi nullam in Sacramento formam sensibilem et mensurabilem habere creditur. Denique hujusmodi effigies, in quibus Cor Sacratissimum solum depingitur quasi a pectore separatum, quin simul persona ipsa Salvatoris representetur, semper aegre tulit Ecclesia. Attamen, ad suam denegationem confirmandam, S. Officium explicite rationem alius ordinis affert : « *Ad fovendam fidelium pietatem* (inquit) *satis esse imagines SS. Cordis Jesu in Ecclesia jam usitatas et approbatas ; quia cultus erga Sacratissimum Cor Jesu in Eucharistia non est perfectior cultu erga ipsam Eucharistiam, neque alius a cultu erga Sacratissimum Cor Jesu* (1). »

Quae S. Officii verba iterum *L'Ami du Clergé* et quidem recte interpretatur : « Has rite perpendamus formulas, inquit, ne illas aggravemus aut earum vim eludamus. Postulat S. Officium ut satis nobis sint imagines S. Cordis (non, quod notatu dignum, Cordis Eucharistici, sed S. Cordis) in Ecclesia jam usitatae et approbatae ; quia, inquit, cultus Cordis Eucharistici, in quantum nempe habet ut objectum SS. Cor Jesu in Eucharistia praesens sicut totum Domini corpus, cultus erga SS. Cor Jesu in Eucharistia nihil addit cultui quo honores deferimus Jesu Christo in SS. Eucharistia praesenti. Imo haec devotio, nedum cultui supradicto quid addat, potius detrahit, cum devotio erga SS. Eucharistiam objectum habeat quaecumque pertinent ad Christi personam praesentem sub Sacramenti

(1) *L'Ami du Clergé*, 16 Julii 1914, pp. 675, 676.

speciebus; cultus vero erga Cor Jesu Eucharisticum, si eo sensu intelligatur quem supra diximus, ex persona Domini sub hostia delitescente, solum Cor Sacrum contempletur. Cultus igitur qui in Cor Jesu ut praesens in Eucharistia dirigitur, nihil addit devotioni erga SS. Eucharistiam, nec ea devotione perfectior esse potest, cum nihil aliud sit ac ejus, si fas est ita loqui, « *specialisatio* ». Addit S. Officium hunc cultum « non alium esse a cultu erga SS. Cor Jesu ». Revera, devotio erga Cor Jesu Sacratissimum, divinum Cor Jesu veneratur honoratque ubicumque illud invenit. Devotio vero erga Cor Jesu in Eucharistia non illud contemplatur honoratve nisi reduplicative ut praesens in SS. Sacramento, abstrahendo videlicet ab omni statu qui non sit status sacramentalis. Praedicta igitur devotio erga Cor Jesu in Eucharistia praesens, non est alia a devotione erga Cor Jesu Sacratissimum, cujus non est nisi quaedam, ut supra diximus, « specialisatio » (1).

Hic nobis videtur genuinus Decreti 27 Maii 1891 sensus.

Attamen, paucis mensibus elapsis, 26 Augusti 1891, S. Officium facultatem concedebat ut eorumdem emblematum usus fieret, hac adjecta tamen restrictione notatu digna : « *privata ex devotione permitti, dummodo in altaribus publicae venerationi non exponantur* » (2).

Ut ex ipsius Decreti terminis patet, de sólis emblematis seu imaginibus res erat, minime vero de ipsa devotione, ut posterius declaravit qui Decretum subscripserat. Adversariis vero occasio opportunior visa est quam quae praetermitteretur. Decretum itaque statim divulgant ubique, et jus illius explicandi annotationibus, parum quidem benignis, sed solerter expositis,

(1) *L'Ami du Clergé*, 1914, p. 676.
(2) *Coll. Prop. Fidei*, t. II, n° 1767.

sibi audacius arrogant. Jam anno superiore, occasione Congressus eucharistici Antwerpiensis (1890) in quo acriter impugnata fuerat devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, R. P. Laurentius Janssens, Maretiolensis (Maredsous) abbatiae monachus, in ephemeride O. S. B., hujus Congressus relationem ediderat nostrae devotioni adversam utpote quae « novitatem affectaret (1). » Post S. Officii Decretum, primus ipse fuit qui denuo controversiam moveret, nec omisit Decreti textum commentationibus plus minusve liberis interpretari (3). Quas explicationes statim retulerunt varia quae de rebus religiosis tractabant folia, additis insuper diversis in quas quodlibet abierat sententiunculis.

Vicit tamen veritas, editis in vulgo notis quibusdam explicativis, praeclara vi scriptis et luciditate, quas inter primum locum obtinent quae a D. Valat presbytero Societatis S. Supplicii sunt elaboratae. Prolata series 14 Documentorum S. Sedis quae devotioni favebant, aliorumque multorum ab Episcopis confectorum, praeprimis a Parisiensi Archiepiscopo, prohibebat quominus quisquam erroneis Decreti interpretationibus fidem tribueret (3).

Ipse quoque Em. Cardinalis Richard, cum persuasum sibi haberet devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum ab Ecclesia probatam, nihil reprehensionis accepisse, asserebat nihil continere quod non esset sacrae theologiae valde consentaneum. Verumtamen ad finem impugnationi adversariorum imponendum, multum interesset ut authentica daretur de genuino S. Officii Decreti sensu interpretatio. Quem in finem, prima quam diximus composita lite, novae Romam delatae sunt postulationes. Anno 1892, cum Em. Card. Monaco

(1) *Revue bénédictine*, 1890, t. VII, p. 457.
(2) *Revue bénédictine*, 1891, t. VIII, p. 414.
(3) *Actus Congressus Rhemensis*, 1894, p. 110.

de Decreto quod pro suo munere Secretarii S. Officii subscripserat, sermonem haberet cum R. P. Lotti, abbate Canonicorum regularium S. Petri ad vincula, Romae, aiebat se minus capere cur tot tantique rumores circa illud exorti fuissent. Romae etenim, adversariorum invidiam improbabant, et in dies devotio majore apud omnes gratia valebat. Em. Cardinalis V. Vanutelli, postquam legit documenta quibus gaudebat sodalitas : « Quid amplius, inquit, desideratis? Haec quidem vobis causam adjudicant; nihil omninò in hac devotione sacram theologiam offendit. Pergite sine timore, nemo vos unquam condemnare poterit. »

Perreximus ergo absque timore, quinimo valde confidenter. Em. Card. Lecot, Burdigalensis archiepiscopus, sedulus devotionis apostolus, uti voluit benevolentia quam adesse sentiebat in aula Romani Pontificis; ideoque, anno 1893, occasione sui ad limina itineris et aditus ad Leonem XIII, aperte de ultimo Decreto locutus est (1).

Plane est miratus Pontifex quae ab Em. Cardinale dicta sunt de commentationibus Decreto additis : « Ea sane devotio, exclamavit motus animo, optima est, nec unquam illam reprobandam esse putavi. » Cum ergo videret Em. Cardinalis Leonem XIII omnibus

(1) Hoc publice asseruit Em. Cardinalis in plenaria sessione Congressus Eucharistici Rhemensis (1894) : « Qui ne comprend qu'il n'y a pas d'incertitude possible sur la dévotion au Cœur Eucharistique? Qui ne comprend qu'elle s'adresse au Cœur de Jésus vous aimant dans l'Eucharistie? Nous nous sommes entretenus nous-même avec le S. Père de cette dévotion. A notre exposé, le S. Père répondait lui-même en nous prévenant, allant au-devant de ce que nous allions dire et achevant les phrases que nous commencions. Il y a dans une ville d'Italie, à Genezzano, près de la Madone célèbre, un tableau qui exprime l'idée du Sacré-Cœur nous donnant la sainte hostie. Ce tableau est là depuis 200 ans. C'est devant cette image, nous disait un Prince de l'Eglise (loquitur hic de Em. Card. Vincente Vanutelli), que j'ai mieux compris le mystère de l'amour de Jésus dans l'Eucharistie, et que s'est formée ma vocation sacerdotale ». — *Acta Congressus Rhemigensis,* pp. 109 et 110.

assentientem sententiis quas ipsi proponeret, petiit ut precibus exhibitis a nonnullis Galliae episcopis, videlicet ut confirmaretur devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum non fuisse condemnatam, responsum daretur affirmativum. Cui Pontifex : « Certe, inquit, de hoc ne dubitaveris; id faciemus. »

Re quidem vera, paucis post diebus schedula quaedam ab Illmo Sallua, S. Officii Commissario generali, missa est ad Em. Card. Richard, quae, typis exscripta, in ipsa Curia Parisiensi, a D. Pelgé futuro Pictaviensi episcopo est consignata, et in plebem divulgata. En illius textus :

Romae S. O., 30 X^bris 1893.

« A Su Emza Mgr Arcivescovo di Parigi.

« Nova emblemata SS. Cordis Jesu in Eucharistia non esse ab Apostolica Sede adprobanda. — Resta pertanto approvata la devozione e culto al Sacro Cuore Eucharistico di Gesù, nel modo expresso a Sua Eminenza con la lettera del 31 Maggio 1891. Percio restano escluse le individuali interpretazioni della Stampa cosi è.

« † F. Vincenzo Leone Sallua.
Comm. G^le
Arcivescovo di Calcedonia. »

Ut victi milites, audito tubae sonitu, ita, his cognitis litteris, qui devotioni contradicebant confusi recesserunt omnes. Amicis vero Cordis Eucharistici magno gaudio fuit scire devotionem rite approbatam, et jam firmiorem quam quae disputationibus labefactari posset. Istis, Ill. Sallua, relata SS. Pontificis de rei exitu laetitia, dicebat : « Evanuit periculum;

(1) *Acta Congressûs Lapurdensis*, 1899, p. 403.

mox tacebunt adversarii ; vos vero securi eritis. Opera divina cruce signentur oportet. »

De nostra tamen devotione sermo fuit, speciatim dum Rhemis habebatur Congressus eucharisticus (1894) ; sed tunc solum ad exaltandum Cor Jesu Eucharisticum (1). De illa scriptores publici etiam locuti sunt, jamvero plerique benigna et studiosa oratione. RR^mus P. Lepidi, O. P. in vulgus brevem edidit tractatum de devotione erga Cor Jesu Eucharisticum (2), quem serius (1926) R. P. Hugon, O. P. novis ampliavit explanationibus. R. P. Tesnière, P. SS. S., in commentario gallice inscripto *Revue du Saint-Sacrement* (mensis Julii) brevem dissertationem scripsit (3). Grave commentarium *Ami du Clergé* (4), cognita S. Sedis et Episcoporum approbatione (5) laudibus devotionem extulit.

§ 2. — Devotioni iterum impetitae res iterum bene succedit.

Verumtamen non omnem spem deposuerant adversarii quorum nec Brevia a duobus S. Pontificibus missa, nec fere innumerae episcoporum approbationes, nec S. Officii schedula, animum devotioni infensum contundere poterant. Vertente anno 1897, novum bellum moventes, conantur ut indulgentiae precibus et exercitiis in honorem SS. Cordis Jesu Eucharistici adnexae de *Raccoltà* tollantur, ubi a doctissimo Card. Franzelin, S. J., S. Congr. Indulgentiarum Praefecto, inscripta fuerant. Sed obstante Leonis XIII multorumque Cardinalium benevolentia, in vanum laboraverunt. Etenim Leo XIII, lecta relatione de nostra

(1) *Acta Congressus Rhemigensis*, 1894, p. 108.
(2) *Acta Congressus Lapurdensis*, 1899, p. 113.
(3) Anno 1895, et mense Septembris ejusdem anni.
(4) 1894, p. 767 ; 1896, pp. 940, 1081.
(5) Cfr. III Part. : *Documenta*.

devotione a P. Lepidi elaborata : « Sane quidem, exclamat, talis tantusque amoris actus singularem requirit devotionem (1). Et Ill. Sallua audiens quae machinabantur graviter respondit : « Quod a S. Officio factum est, rite factum est, nullumque devotioni timendum est periculum. » Eminentissimi ipsi Galliae Cardinales, Richard, Langénieux, Couillé, Perraud, a S. Sede scripta postulaverunt ut indulgentiae, jam antea concessae, insertas manerent in *Raccoltà*. Supplicatione audita, postulantes hisce litteris certiores fecit Mgr. Rinaldo Angeli.

Romae, ex AEdibus Vaticanis, die 29 Januarii 1898.

« Gratissimum mihi est quod tandem possim ad vos mittere responsum tamdiu optatum de hac vestra erga Cor Jesu Eucharisticum devotione. Statutum fuit ut documenta servarentur, et in manuali S. C. Indulgentiarum intexerentur, cum nota tamen explicativa qua genuinus illius devotionis sensus declararetur, et ab omni praecaveretur erronea interpretatione. Quibus laetis nuntiatis, gratum mihi est vobis transmittere novam S. Pontificis benedictionem.

« *Subscriptio* : Rinaldo Angelli, S. Sedis capellanus.»

Res se habuerunt ut exposuerat illud Rescriptum. Mense Januario 1898 (2), edita sunt Collecta nova (quibus nomen est *Raccoltà*) quae omnes indicebant indulgentias usque modò concessas, additis his verbis : Cultus erga Cor Jesu Eucharisticum non ita intelligendus est, ut sit substantialiter diversus ab eo qui jamdudum in Ecclesia eidem Cordi exhibetur. In ea

(1) Teste P. Tesnières, Leo XIII cum a quadam devota persona interrogaretur de convenientia cultus erga Cor Eucharisticum, respondit : « Nonne, filia, Christo specialis debetur amor, ob amorem qui eum in SS. Altaris Sacramento detinet ? » *Acta Congressus Lapurdensis*, 1899, p. 114.

(2) P. 194, n° 121, *Nouvelle Revue Théologique*, t. XXXI, 1899, 311.

duntaxat tanquam objectum specialis venerationis, amoris, et grati memorisque animi, seligitur ille supremae dilectionis actus, quo Cor Jesu amantissimum instituit adorabile Eucharistiae Sacramentum, in quo nobiscum manet usque ad finem saeculorum. »

Hanc notam, quam dicebat praesente et inspirante S. Pontifice confectam, Em. Cardinalis Gotti his verbis R^do^ Patri Lolli explanavit : « Duabus partibus constat; quarum prior eo spectat ut haec deleatur objectio, scilicet quod ista devotio foret in Ecclesia aliqua novitas seu devotio nova. Hoc quidem iam dici nequit cum definitum sit devotionem istam eamdem esse ac devotionem erga Cor Jesu Sacratissimum. Magnum tamen illud erat adversariorum argumentum, in quo spes omnis omnisque vis eorum semper fuit. Pars vero altera haec addit : Praedictum tamen devotionem plenius expandit devotio erga Cor Jesu Eucharisticum; quippe quae non tantum omnes actus colit omniaque amoris testimonia ab isto Corde hominibus impensa, sed insuper grates rependit speciales maximo inter omnes actus Cordis illius amantissimi, eumdemque speciali modo colit, quo scilicet nos Eucharistia donavit et usque ad finem temporum nobis manet. »

Optatissimum illud responsum afferens, Praelatus haec S. Pontificis verba renuntiavit : « Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, sicut et omnia Dei opera, variis experimentis probari debuit. His autem ita firmata est ut jam non nisi de ea propaganda et de ejus fructibus multiplicandis curandum sit. » — « Summum est quod impetratum est, aiebat Em^us^ Gotti, addita enim nota demonstrat devotionem serio examini rite subjectam, iterum ab Ecclesia esse approbatam. » Et paulo post rursus dicebat : « SS. Pontifex illam valde cordi habet devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum; hieme superiore, bis cum ispo de illa diu locutus sum;

nunc vero soluta est quaestio. » Demùm anno sequenti (1899), receptis hinc inde grati animi propter eius benevolentiam testimoniis, rescribebat : « Parum est quod egi; at vero gaudeo quod definita sit quaestio, per se quidem lucida, false vere interpretata, et quod nunc devotio conferre possit ut magis ametur Christus Dominus. » Omnia enim perspicua exinde erant, iis saltem qui nulla praeconcepta opinione obcaecabantur. « Ità sane, aiebat R^mo Patri Lolli Em. V. Vanutelli, legatus S. Sedis designatus in Congressum Bruxellensem (1898), ita sane intelligenda est devotio atque exercenda. Hoc enim modo intellecta, sacrae theologiae valde consentanea est. Ego quidem nunquam cultum Cordis Jesu aliter intelligendum et excolendum esse putavi. »

Neque solemnes illae declarationes impedimento adversariis fuerunt quominus in Congressu Bruxellensi denuo controversiam movere tentarent. Re autem ipsa exclusi, nomen Cordis Eucharistici, R. Padre Lahousse, S. J. partes relatoris agente, impugnaverunt (1). Sed R^mus D. Enard, Cadurcencis (Cahors) episcopus firmis argumentis nec non et curiae romanae prolatis actibus eos facile confutavit (2). Iisdem rationibus P. Lemius, O. M. I. coram 300 sacerdotibus e Bayocensi (Bayeux) dioecesi devotionem nostram paulo post vindicavit. Jure ergo, his factis proeliis, dicere poterat R. P. Lepidi : « Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum magnifice funditusque vicit. »

Dies ejus triumphalis mox illuxit, in Conventu scilicet eucharistico Lapurdi (Lourdes) celebrato (1899).

(1) Relatio R. Patris Lahousse, lecta in sessione sacerdotali, non fuit inserta in Actis Congressus; sed impressa apud Pollennis et Centerick, Bollandistarum editores (Bruxellis, via dicta des Ursulines, 97), sub titulo : *De sacerdotali scientia circa dogma eucharisticum. — Terminologia eucharistica*, p. 10.

(2) Cfr. Diarium : *La Croix*, 15 julii 1898, et *l'Univers*, 17 Julii 1898.

Admirabilem R. P. Tesnières habuit orationem qua probavit licitam omnino esse praedictam devotionem justumque nomen Cordis Eucharistici (1). Ante quamlibet sessionem, ut statutum fuit in prima congregatione, Ill^mus^ Doutreloux, Leodiensis episcopus, qui piis hisce comitiis praeerat, Cor Jesu Eucharisticum invocabat ; et quotidie, post consensum, nomen illud benedictum innumeris vocibus acclamabatur (2). Et ex eo tempore, in quolibet Congressu eucharistico, cui praeses fuit Legatus S. Sedis, auditae sunt et approbatae relationes circa istam devotionem (3). Quinimo magnis plausibus admissa fuerunt vota ut latius diffunderetur haec devotio, pluresque fierent sodalitates in dioecesibus et paroeciis et religiosorum communitatibus. Ubique adorandum benedictumque nomen Cordis Eucharistici laudatur et amatur, eique grates rependuntur, adeo ut in Congressu Andegavensi (Angers) 1901, clarissimus de Cuverville, rei maritimae in Gallia Praefectus, suam perpulchram orationem his verbis concludere potuerit : « Elapsum saeculum fuit saeculum B. Mariae Virginis ; inceptum vigesimum « Cordis Eucharistici » nuncupabitur (4). »

Re quidem vera, statim ab anno 1900, parem diligentiam S. Pontifex et Episcopi conferebant in fovendam devotionem. Leo XIII plura mittebat Brevia (24 Januarii, 7 et 12 Decembris) quibus novas concedebat indulgentias easque pretiosas. Episcopi in sua quisque dioecesi sodalitates erigebant. Litterae laudatoriae undique adveniebant ; pia cantica limabantur, precesque divulgabantur indulgentiis ditatae, in honorem S. Cordis Eucharistici. Interea, Romae, viri dignitate

(1) *Acta Congressus*, p. 396.
(2) *Acta Congressus*, p. 114.
(3) Cfr. III Part. *Documenta*.
(4) *Acta Congressus*, 1901, p. 185.

conspicui in devotionem suam declarabant benevolentiam. Et ipsi Praefecti Congregationum Indulgentiarum et Rituum, Em. Cardinales Cretoni et Ferrata, cultum jam acceptum et gratum esse affirmabant. « Valde gaudeo, inquiebat R. P. Lepidi, de prospero ac definitivo devotionis Cordis Eucharistici successu; nunc enim, utpote firmiter fundata indulgentiisque ditata pretiosis, per mundum est pervasura atque bona sua ubique largitura fidelibus. »

Quae quidem omnia favoris argumenta proximam praenuntiabant solemnem S. Sedis interventionem qua scilicet S. Pontifex devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum sanciret ejusque specificam in Ecclesia rationem affirmaret.

ARTICULUS V. — *Mittitur a Leone XIII Breve apostolicum (1903). — Archisodalitas erigitur.*

Die 16ª Februarii 1903, suavissimo gaudio omnes Cordis Jesu Eucharistici repleti sunt amici. Misit enim Leo XIII illud Breve celeberrimum (1) quo Sodalitatem Cordis Eucharistici in Archisodalitem erigebat, eamque R^dis Patribus Congregationis Sanctissimi Redemptoris committebat regendam, primaria ejus (seu ut aiunt centrali) sede fixa, Romae in Pontificali Ecclesia S^to Joachim dedicata. Cujus quidem Apostolici Brevis praestantia talis est ut locos illius praecipuos referre haud immerito debeamus. En S. Pontificis verba :

« *Nos autem quibus nihil antiquius et suavius quam ut fidelium sodalitas, quae non dissimili prorsus cultu atque illi quem sacro Cordi profitetur, tantum peculiaribus venerationis, amoris et grati ac reverentis animi studiis, illum recolit supremae dilec-*

(1) Cfr. III Part. — *Documenta Sanctae Sedis.*

tionis actum quo Redemptor noster omnes Cordis sui divitias effundens, ut nobiscum ad exitum usque saeculorum moram ageret, adorabile instituit Eucharistiae sacramentum, in hac Alma Urbe, catholici orbis centro, sedem nanciscatur condignam, optatis hisce piis annuendum existimavimus...

« *Archisodalitatem Eucharistici Cordis Jesu, Apostolica nostra auctoritate, praesentium vi, in Pontificio templo Sancti Joachimi de Urbe canonice erigimus, eamque consuetis privilegiis quae competunt Archisodalitiis perpetuum in modum ditantes, auctoritate similiter Nostra, hoc anno quo Nos quintum ac vigesimum ab inito Pontificatu annum implemus, illa in sacra aede instituimus quam structura praenobilem, et mirificis artis operibus insignem in memoriam Jubilaei Nostri sacerdotalis, universi orbis fidelium pietas condidit, Nosque commisimus supra memoratae Congregationi Patrum a Redemptione tot tantisque nominibus optime de re sacra meritae. Praeterea eidem Archisodalitati sic Romae per nos institutae omnes et singulas Indulgentias tam plenarias quam partiales conferimus, caeterasque spirituales gratias quibus aliae ejusdem tituli societates canonice ad hanc usque diem erectae ex amplissimis atque iteratis Sanctae hujus Sedis Apostolicae concessionibus atque indultis fruuntur* (1). »

Simul S. Pontifex indulgentiam impertiebat plenariam ipso die lucrandam quo Romae Archisodalitas erigeretur; quod quidem in Ecclesia S. Joachim factum est, praesidente Em. Cardinali Ferrari, coram ingenti piorum fidelium concursu, qui ex omnibus Urbis viis vicisque, gaudio gestientes advenerant. Sacris illis solemnibus alia trium dierum praecesse-

(1) Leonis XIII *Acta*, vol. XXII, p. 307.

rant quibus vicissim praesederunt Ill^mus D. Amette, Em. Macchi, et RR^mus Mathias Raus, c. ss. r. Rector Major (1).

Sic tandem triumphum agebat privata devotio erga Cor Jesu Eucharisticum. Suprema Ecclesiae auctoritate clare definita erat et laudibus et incitamentis publice cumulata atque in ipso catholici orbis centro firmiter fixa. Nihil jam explicitae solemnique Vicarii Jesu Christi sententiae praestare unquam poterit. In commentario : *Nouvelle Revue théologique* (2), haec legimus : « Quid nunc requireretur amplius ut omnes, si quae forte superessent, opiniones praeconceptae funditus tollerentur? Constat nimirum cultum ab Ecclesia ita probatum et aestimatum non esse nisi inter optimos maximèque praedicabiles computandum. » Haec vero scribebat canonicus Didiot, theologicae Facultatis Insulensis (Lille) decanus : « Quod a Leone XIII nuper recepisti Breve unum e praestantissimis mihi videtur; multas ideo tibi mitto congratulationes. Lux erit et materia in illo scribendo commentario cujus a te exemplar accepi et quod tali nixum auctoritate magno solidoque erit exemplo. »

Creatum enim paulo ante fuerat, ut latius propagaretur devotio, pium commentarium quod sibi finem praefixerat diffundere simul ac adorationem reparatricem gentium, in Ecclesia S^to Joachim dicata, cognitionem Cordis Eucharistici cultumque illi debitum. Quod inde progredi nunquam desiit, foliumque authenticum, seu ut aiunt officiale, effectum est Archisodalitatis C. J. E. (3).

Eodem tunc impulsu feruntur folia illa dioecesana

(1) *Revue de l'Adoration réparatrice,* 1903, p. 83.
(2) T. XXXV, 1903, p. 271.
(3) *Revue du Cœur Eucharistique*, Boulevard du Montparnasse, 170, Paris, XIVe.

quae gallicè *Semaines religieuses* nuncupantur eo quod semel in hebdomada prodeunt. De nostra enim devotione multa protulerunt eaque egregia et optima (1). Innumerae quoque instituebantur consociationes quae in Archisodalitatem nomen darent, sodaliumque numerus mirum in modum crescebat.

Amicis tamen Cordis Eucharistici magnum hic annus 1903 attulit dolorem, supremam scilicet diem Leonis XIII, cujus memoria semper in benedictione erit, utpote qui benevolentia sua fecerit ut devotio nostra carissima foveretur in Ecclesia et tandem acceptaretur.

ARTICULUS VI. — *SS. PP. Pius X devotioni favet.*

Mox tamen eosdem Pii X electio recreavit summaeque spei implevit. Novus enim Pontifex qui merito Eucharistiae Pontifex in historia vocabitur, nihil insigni suo decessori, pietate erga Cor Jesu Eucharisticum aut zelo in firmamdam tuendamve devotionem cedere voluit. Jam anno 1904 in imagine ipsi a R. P. Lepidi oblatâ, propria manu scripsit : « Cor Jesu Eucharisticum flagrans amore nostri inflammet amore sui corda sodalium Archisodalitatis SS^{mi} Cordis Jesu Eucharistici (2). » Anno insequenti, 12 videlicet Junii 1905, in inferiore parte exemplaris novae effigiei (3) Cordis Eucharistici scripsit : « Benedictum sit Cor Jesu Eucharisticum », quam invocationem indulgentia 300 dierum sua sponte ditavit (4). Die 19 Decembri 1904, in Brevi quo novas concedebat indulgentias, dicebat : « Nobis nihil antiquius est nec suavius quam ut per universum

(1) Toul et Nancy, 14 Martis. Paris, 28 Martis. Bayeux, 15, 19 Martis.
(2) *Revue du Cœur Eucharistique,* 1904, mense Junio, p. 131.
(3) Haec effigies ponitur in capite hujus operis. — De alta ejus significatione, cfr. P. Krebs, P. I, cap. III, pp. 50 et sqq.
(4) *Acta Congressus Tornacensis,* p. 399.

terrarum orbem fidelium pietas erga Eucharisticum Cor Jesu propagetur, amplificetur. »

Talibus incitata stimulis, in dies crescebat devotio. Inter Congressum eucharisticum Romae celebratum, mense Junio 1905, Em. Cardinalis Lecot, Burdigalensis Archiepiscopus, coram ingenti Episcoporum et Antistitum coetu, orationem de Corde Eucharistico habuit peritissimo oratore haud indignam (1). Anno post, 1906, in Congressu Tornaci habito, Ill^mus Rumeau, Andegavensis (Angers) Episcopus, coram audientium immensa multitudine, cui Em. Card. Legatus V. Vanutelli praesidebat Episcopis circumdatus non paucis, ultimam concionem de devotione erga C. J. E. instituit et de ejus doctrinali « socialique » opportunitate. Hanc solam oratoris sententiam referre liceat : « Devotio erga C. J. E., ultra modum nunc per orbem catholicum diffusa unum videtur e signis nostrae societatis restituendae praenuntiis. » Optabatque idem orator omnibus ob oculos ponere quam opportune illa devotio in nostra frigida tempora a Deo esset reservata tanquam caeleste quoddam medicamen et spes Ecclesiae non exigua (2).

Interim crescebat Pii X benevolentia. Cum enim quadam die de devotione erga C. J. E. cum R. P. Lepidi loquebatur, professus est S. Pontifex se illam cordi habere, quia, inquit, tale est ejus objectum ut nihil majus nec nobilitate nec sanctitate in Ecclesia inveniri possit. Addidit illam magna incrementa esse accepturam et omnibus inter alias unam acceptissinam fore. Ut vero fideles ad eam amplectendam incitaret sanctus ille Papa pretiosissimas (quarum longam seriem in III Parte reposuimus), illi concedere non desistebat.

Quem Pontificis impulsum Em. Cardinales, R^mus Episcopi, et Congressus eodem impetu exsequebantur. Anno

(1) *Acta Congressus Romae habiti*, 1905, p. 127.
(2) *Acta Congressus Tornacensis*, p. 98.

1908, mense Augusto, in Congressu Metensi (Metz), nomen « Cor Eucharisticum » adhibetur ab Em. Card. V. Vanutelli, SS. Pii X Legato (1). Et finita sessione in qua a R. P. Kécheur, c. ss. r. lecta fuerat relatio de C. E., omnes auditores ipsique qui multi aderant Episcopi, necnon et Ill. Heylen Episcopus Namurcensis Congressus proeses, stantes unanimesque Cordi Eucharistico acclamaverunt hac triumphanti et pluries iterata voce : Vivat Cor Eucharisticum! (2).

Quidam tamen denuo contradicere conati sunt. Albertus Battandier, Proelatus, dissertationem (3) de devotione scripsit parum benignam, quam quidem postea retractavit. Hoc non obstante, anno 1913, in dioecesano folio (*Semaine religieuse*) Marianopoleos (Montréal) rursus adversus devotionem scripsit (20 Januarii). Cujus dicta proelaudatum de C. E. commentarium (*Revue du C. E.*) refutavit responso documentis referto, mense Maio 1913. Verum in notulis quas in suo Annuario Pontificali inseruit, nec semper aequior, nec felicior semper fuit ille Praelatus (4).

Tales immeritae contradictiones abunde compensabantur multorum indesinenti benevolentia Cardinalium et Antistitum, variis testimoniis expressa. Juvabat Ill^um^ Amette, Londini, Romae, et alibi concionem habere de devotione erga C. J. E. Em. Card. Vivès, seminarii alumnos allocuturus, orationem instituit de C. J. E. Anno 1909, idem Cardinalis volumen edidit cui titulus erat : *Annus Eucharisticus*, variis constans meditationibus, quarum singulae concluduntur invocatione

(1) *Acta Congressus Metensis,* p. 79.

(2) Cordis Eucharistici numisma tanquam insigne hujus Congressus electum est. *Acta Congressus*, p. 60. — Ex eo tempore membra consessûs permanentis Congressuum illud servaverunt. Cfr. Battandier. *Annuaire Pontifical,* 1915, p. 624. *Acta Congressus,* p. 399.

(3) *Etudes ecclésiastiques*, mensis Februarii 1908, p. 36. — *Chronique de Rome,* Martis 1908, p. 63.

(4) 1905, pp. 54, 624, 758, 773, 777, 786.

quadam ad C. E; illudque nomen non minus quam bis millies in toto opere adhibetur. Demum, paulo post, ad Moderatorem scribens generalem « Foederis majorum Galliae seminariorum » dicebat : « se supplicem rogaturum esse SS. Cor Jesu ut opera Congressus inspiraret illisque benediceret : Cor Jesu Eucharisticum, cordis sacerdotalis exemplar, miserere nobis (1) ».

Ignoscat lector quod omnia haec minutatim retulerimus. Aperte enim demonstrant summa apud omnes gratia valere devotionem, eamque jam notissimam esse et longe lataque pervulgatam. Nemo deinceps illam in dubium vocabit nisi forsan quidam scriptores paucique concionatores praeconceptis opinionibus obcaecati quorum quidem scripta et verba mox vincet vox unanimis pastorum fideliumque gloriam canentium Cordis Jesu Eucharistici.

Dùm fideles, in dies frequentiores, nomina dabant in Archisodalitatem C. J. E., sacerdotibus offerebatur in Corde Eucharistico praeclarum sanctificationis et apostolatus instrumentum. Anno enim 1911, pia sacerdotum consociatio erecta est cui nomen « Consociatio sacerdotum Cordis Jesu Eucharistici ». A principio benedictionem accepit et hortationes S. Pontificis Pii X qui seipsum inter sodales primum inscribens, haec propriâ manu voluit apponere : « Juxta preces piam Sodalitatem adprobantes dilectis confratribus apostolicam benedictionem ex animo impertimus » (Die 25 Maii 1911). Statuta hujus consociationis promulgavit Em. Card. Respighi, S. Pontificis Vicarius, et jam inde progredi non destitit adeo ut multos nunc sacerdotes quin et episcopos archiepiscoposque inter suos numeret.

Historicam hanc expositionem de devotione erga C. E., in quantum nempe privatim exercetur, hucusque

(1) Alliance des grands séminaires. Compte rendu du IVe Congrès, 1909, p. 23.

adduxisse sat esse existimamus. Timemus enim ne, nimis protracta, eademque referens, nulli sit utilitati, imò et taedio fiat lectoribus. Qui vero hanc legerint nullo vincti praejudicio, nobiscum fateri debebunt : « Digitus Dei est hic » (1); et concludere devotionem erga C. J. E., cum talibus approbationibus talique extensione praefulgeat, eam esse quae sapientium oculos retinere et omnium corda ad se attrahere valeat. In hoc consentiebat, et quidem verbis spe et gaudio plenis, pium periodicum cui nomen : *Revue du T. S. Sacrement* (2). Scribebat enim anno 1903 : « De iis omnibus amabilissimo Cordi Salvatoris in SS. Sacramento grates referantur. Illo sensu primo afficimur quando mirabilem cernimur rationem qua processit devotio erga C. J. E. Vix decem elapsi sunt anni cum nomen illud quis enuntiare non potuisset, ne in conventibus quidem eucharisticis, quin incurreret notam novitatis et mysticismi imaginarii, imo sensualismi doctrinalis, quo scilicet quasi materialis fingeretur essentia divina illius mysterii quod praeter caetera fidei vocatur mysterium. Hodie vero nomen Cordis Eucharistici renuntiatur ab ipso S. Pontifice qui et ejus certam declarat notionem. Hodie Cor Eucharisticum in templo a Leone XIII in honorem Sancti sui ipsius patroni dedicato, ubi in splendenti aureo throno residet, perpetuo adoratur. Demum Religiosum Institutum quod inter Ordines apostolicos valde aestimatur et floret, ab apostolorum successore missionem accipit devotionem diffundendi per orbem terrarum simul et illi omnium conciliandi amorem.

Revera in hoc adimplentur quae in revelationibus Sacratissimi Cordis Jesu legimus et quibus tot tantaeque mundo promittuntur victoriae (3), scilicet : « Ecce Cor

(1) Exod., VIII, 9.
(2) *Revue de l'Adoration réparatrice*, 1903, p. 115.
(3) *Vita S. Margaritae-Mariae*, auctore Languet, edita a RR^mo D. Gauthey, lib. IV, XLIX, p. 220.

meum tanto in homines ardens amore ut, continendi non valens suae caritatis ignes, eos per te longe lateque dispergere velit. Hominibus cupit seipsum manifestare ut eos ditet pretiosis illis quos tibi pando thesauris ubi sanctificationis invenient gratias quibus a perditione removeantur ».

CAPUT II

De cultu publico Eucharistici Cordis Jesu.

ARTICULUS I. — *Quae fuerint difficultates.*

Hactenus, ut supra indicavimus, devotio erga C. J. E., quamvis late citoque diffusa atque praestantissimis stimulata S. Sedis et multorum episcoporum incitamentis, ommino remanserat privata. Sed nonne tempus erat ut ei in cultu publico, liturgico, donaretur locus? Equidem fons esse nequit semper occultus, sed cogentibus aquis in molem auctis ingentem, scatere debet et diffluere. Nec semen solas emittit radices, sed et caulem agit qui mox terra prodit et in luce folia floresque producit. Modo non dissimili, rerum naturae congruebat ut devotio erga C. J. E., tot elapsis annis occultae praeparationis et extensionis, locum acciperet in hortis Ecclesiae tot inter alias scilicet in liturgia admissas devotiones. Quem legitimum locum ii qui a principio devotionem promoverant apostoli conati sunt illi obtinere. Sed hora a Providentia statuta nondum profectò advenerat. Exstiterunt enim denuo difficultates, eaque fortasse graviores, de quibus pauca hic narranda ad historiam spectant.

At primum miranda est nobis prudentia summa qua Ecclesia suam tuetur liturgiam. Priusquam enim devotionem quamdam ut publicam agnoscat, studiose inquirit, utitur consiliis, et horam Dei multa patientia

exspectat. Hic cautus agendi modus fidem nostram firmare debet fiduciamque augere in varias quas nobis proponit Ecclesia devotiones, minime vero prohibere eos qui, flammis ardentibus zeloque flagrantes, alicui student devotioni, v. g. erga C. J. E. Meminerint illi earum difficultatum quae primo obstiterunt quominus institueretur festum Corporis Christi; vel earum quae diù prohibuerunt ne in liturgia locus specialis festo SS. Sacramenti tribueretur; etenim nonnisi post 80 annos in disputationibus elapsos ultimo illo festo Ecclesia pacate frui potuit (1). Et ipsa devotio erga Cor Jesu Sacratissimum quam nunc ubique florentem videmus et tanta gratia apud fideles tantoque honore in sacra liturgia gaudentem, eadem olim passa est moras, nec ipsi defuerunt tempora difficilia et contradictiones (2). Duo post saecula tantum locum illum nobilem adepta est quo nunc in Ecclesia gaudet. His autem cognitis, quis mirabitur cum viderit devotionem erga C. J. E, easdem in se suspiciones movisse et oppositiones?

Non ita pridem duo scripta fuerunt schemata de SS. C. E. liturgici officii (3). Sed tunc temporis ea praeparabatur reformatio quam mox Pius X in liturgia instituturus erat. Instante autem hac reformatione quae multos dies festos, nempe particulares, abolitura erat,

(1) De Gallifet, *Excellence de la dévotion au Cœur adorable de J. C.* lib. I, cap. I, pp. 4 et sqq. — *Acta Sanctorum*, lib. II, cap. III, vol. 10, p. 460 5ª die Aprilis : Vita S. Julianae. — *Les origines de la Fête-Dieu*, a cardinale Dechamps, c. ss. r. *Opera*, t. VIII, p. 312.

(2) Vacant, *Dictionnaire de théologie catholique*, t. II. col. 337. Nilles, *De rationibus festorum S^mi Cordis Jesu* (édit. 1885). Vol. I, pp. 266 et sqq. — D'Alès, *Dictionnaire apologétique de la foi catholique*, vol. I, col. 575.

(3) Plures Archiepiscopi et Episcopi, inter quos Em^mi Cardinales Lecot, Burdigalensis Archiepiscopus, et Amette, Parisiensis Archiepiscopus, litteras ad S. Sedem miserunt ad postulandum officium et missam Cordis Eucharistici. Viginti tres missae sunt postulationes quarum una a 23 Cardinalibus, Archiepiscopis, et Episcopis subscripta fuit. — Cfr. III Part. *Documenta*.

ut breviarii romani recitatione fere universali, unitas liturgica quam maxime fieret, tempus revera opportunum non erat ut novum officium postularetur. Idcirco praedicta schemata Rituum Congregationi non fuerunt exhibita. Nec tamen defuerunt quae spem foverent exhortationes benevolentia redundantes et quidem interdum a viris in eadem S. Congregatione conspicuis. Eo uti voluerunt favore cultores devotionis erga C. J. E. Qui, cum eam, officio et missa propria, in sacram liturgiam introducere non potuissent, eumdem finem alia via, satagendo nimirum ut Cordi Eucharistico Ecclesiae et Sacellae consecrarentur, attingere conati sunt, illius regulae immemores vi cujus Ecclesia nunquam permittit ut eligatur in templi titulum nisi Sanctus mysteriumve quae jam cultu publico honorentur, aliis verbis mysterium Sanctusve quorum jam habeatur officium auctoritate approbatum diesque festus in calendario ecclesiastico assignatus. Quod cum obliti essent, in novas incurrerunt difficultates.

Jamjam nonnullis aedibus sacris in Gallia (1), in America, in Belgio, in Italia, datum fuerat in titulum « Cor Jesu Eucharisticum », inter quas ecclesia quaedam, Eschenii in Belgio sita, Cordi Eucharistico consecrata fuerat ab Em° Card. Mercier, cum licentia formaliter concessa propriaque manu a Pio X data (die 23 Junii 1908) : *juxta preces in Domino* (2), vi cujus licentiae super altare majus effigies Cordis Eucharistici exposita fuit.

Non zelus, ut patet, sed sola prudentia defuerat quod mox fuit causa romanae interpellationis. Occasio autem fuit illud dubium Sacrae Rituum Congregationi

(1) V. g. ecclesia abbatiae in Erbalunga (Corsica-Corse), quae die 7ª mensis Junii 1887 ab Illm° D. de la Foata fuerat consecrata sub titulo S. Cordis Eucharistici Domini nostri Jesu Christi.

(2) Revue : *Le prêtre du Cœur eucharistique*, 1914, p. 133.

propositum, an scilicet Ecclesia dicari possit Sacratissimo Cordi Jesu Eucharistico, ejusque tituli imago seu statua in altari majori collocari? Die 28 Martii 1914 implicite respondebat S. Congregatio : *negative* (1). En ipse textus ejus Decreti.

Decretum super insuetos cultus titulos pro ecclesiis et sacris imaginibus non adhibendos.

Nuper a sacra Rituum Congregatione exquisitum fuit : « An ecclesia dicari possit sacratissimo Cordi Jesu Eucharistico ejusque tituli Imago seu Statua in altari majori collocari? » Et sacra eadem Congregatio respondendum censuit : « Episcopus Ordinarius loci in casu substituat titulum liturgicum tam pro ecclesia quam pro Imagine seu Statua cum respectivo festo die propria recolendo et officio adprobato, ex. gr. Ssmi Redemptoris, vel sacratissimi Cordis Jesu, aut Ssmi Corporis Christi, etc..; juxta alia ipsius sacrae Congregationis responsa in similibus casibus : quae omnino consonant praescriptioni sa. me. Pii Papae IX diei 13 Januarii 1875 et decreto S. Universalis Inquisitionis feriae IV 27 Maii 1891 : servatis de cetero quod sacras imagines seu statuas decreto Tridentino sess. 25 de veneratione sanctorum et imaginum, et Constitutione fel. rec. Urbani Papae VIII : Sacrosancta Tridentina, 15 Martii 1642 (Decr. S. R. C., n. 810).

Atque ita rescripsit et servari mandavit die 28 Martii 1914.

Fr. S. Card. Martinelli,
Praefectus.
† Petrus Lafontaine,
Ep. Charyst., Secretarius.

Huic Decreto adnectuntur in Actis duo documenta 27 Maii 1891, et 13 Januarii 1875.

Quo responso valde commoti sunt, facile intelligitur, cultores et amici devotionis Cordi Eucharistico; nec defuerunt qui isto Decreto suam carissimam devotio-

(1) *Acta Apostolicae Sedis*, 1914, p. 146.

nem reprehensam fuisse putarent. An in periculum vocatur ea antiqua devotio tam late diffusa, indesinenter hortationibus incitata trium Summorum Pontificum et Episcoporum haud paucorum, totque indulgentiis ditata? An una linea delendus esset titulus ille quem ipse S. Pontifex concesserat?

Haec interrogabant anxii sacerdotes et fideles. Eorum tamen timores videbantur inanes, ut recte animadvertebat scriptor periodici *L'Ami du Clergé* (1) : « Ut illius Decreti, inquit, aequam percipiamus significationem, meminerint oportet S. Rituum Congregationem proprie seu competenter de ritibus deque iis solis agere, nimirum « haec. S. Congregatio jus habet videndi et statuendi ea omnia quae *sacros ritus et caeremonias* Ecclesiae latinae *proxime spectant*, *non autem quae latius ad sacros ritus referuntur* » (2). Nequit ergo haec S. Congregatio, quin excedat muneris proprii limites, aliquam devotionem privatam approbare vel improbare, quippe cum hujusmodi devotio a Rituum Congregatione non pendeat nisi postulet ut in cultum publicum accipiatur, et in quantum id postulet. Atqui devotio erga Cor. J. E. hactenus unice pertinuit ad cultum privatum, et ut talis hortamenta Romanorum Pontificum accepit ab iisque est ditata indulgentiis. Unde proprie seu in se extra jurisdictionem S. Rituum Congregationis versatur. »

Quisnam ergo romanae sententiae genuinus sensus erat? Iterum proferamus doctum periodicum *L'Ami du Clergé* : « Postulare a S. Rituum Congregatione ut nomen Cordis Eucharistici in titulum ecclesiae consecrandae eligi possit, idem omnino erat atque implicite postulare ut ipsa in cultum publicum introduceret, haberetve ut jam introductam devotionem quae

(1) 6 Julii, 1914, p. 677.
(2) *Const. Sapienti Consilio*, § 8, n. 1.

hactenus ad cultum privatum unice pertinebat, et cui insuper nullus erat dies festus assignatus nullumque officium proprium et approbatum. Antequam ergo devotioni locum hunc decretorium concederet, S. Rituum Congregatio, suo tunc munere, quoniam optabant ut devotio in cultum publicum admitteretur, omni jure fungens, hac in re, haud sine causa haesitavit, neque censuit difficultatem tanti momenti oblique solvi posse, et ideo summatim respondit : « Standum esse regulis liturgicis », nimirum dum Cor Eucharisticum nec festum diem proprium nec officium proprium habuerit, sub illo titulo ecclesias non esse dicandas ; consequenter, cum istud privilegium soli titulari ecclesiae reservetur, nec illius imaginem in altari majori esse collocandam. Ideo nobis non videtur devotionem erga C. J. E. ullo modo reprehensam fuisse ut cultus privati objectum. Ante vero quam ipsam in cultum publicum admittat, S. Rituum Congregatio vult ut sibi postulatio in consueta forma exhibeatur. »

Nihil rectius dici poterat, et huic optimae Decreti interpretationi standum erat. Attamen id non intellexerunt scriptores quidam religiosorum periodicorum. Nonnulla quae omnibus hebdomadis prodeunt commentaria dioecesana (*Semaines religieuses*) vel Decreti translationem ediderunt a sensu genuino omnino alienam eo quod veram notionem devotionis erga C. J. E. ignorabant, vel illud dixerunt praedictae devotionis summam improbationem mortisque nuntium. Ex quibus Divionense (Dijon) commentarium, illud solum proferre sit satis, haec scripsit (25 Aprilis) : « Equidem par est denuo fideles munire contra omnes has plane privatas devotiones quae, cum illis foveant animae procul dubio sincerae, sed prae nimio zelo imperitae, necnon et quandoque nonnulli sacerdotes et religiosi, in Ecclesiam quasi irrepunt. Tales devotiones

nomen acquirunt fidemque sibi apud simplices faciunt schedulis ubique profusis, et imaginibus misellisque periodicis (*Revuettes*), donec legitima auctoritate ista omnia tollantur prohibita. Quae omnia eo evadunt non solum ut nihil proficiant animae, sed ut solida pietas debilitetur et devotio a recta via abducetur. Adde quod ex his semper aliquid nocivum aut periculosum superesse soleat. Quamobrem omnes istae Cordis Eucharistici appellationes, imagines, statuae, itaque periodica folia deleantur oportet. »

Huic sententiae profecto cultores devotionis non assenserunt. Duo commentaria periodica : *Revue de l'Archiconfrérie du C. E.* et *Le Prêtre du C. E.* lucide demonstrarunt, prolatis documentis, aliam hancque aequiorem esse decreti interpretationem quae devotioni foveret (1). Is cui munus est diario *La Croix de Paris* transmittendi litteras romanas, B. Sienne, post datam in priore epistola (8 Aprilis) interpretationem satis gravem, scribebat die 22 Aprilis 1914 : « Praestantissimum quod jam retulimus Sacrae Rituum Congregationis Decretum non eo spectat ut excellens devotio erga Cor J. E. existimationem perdat. Ex eo sanè nihil periculi timendum est, neque Archisodalitati C. J. E., neque sacerdotali Consociationi eadem mente et titulo erectae, sive eorum spectetur pietas, sive futurum incrementum. » Quae quidem praedictus scriptor non ante protulit (hoc certa scientia scimus) quam apud summos Ecclesiae viros amplam rei notitiam percepit. Et in commentariolo Archisodalitatis C. E. haec (mense Junii) legebatur : « Gravissimum quod suscepimus munus coram quindecies centum millibus sodalium, imo coram ipso orbe catholico, nobis officium

(1) D. D. Schaepman, Ultrajactensis seminarii praeses, hoc Decretum in eodem sensu explanavit in sacerdotali Collatione : *Nederland Katholiche Stemmen,* 1914, p. 128.

onusque imposuit falsis quae circumferuntur rumoribus contradicendi, expressa et indubia affirmatione. Omnibus ergo veritatis studiosis mentibus, iisque omnibus qui intelligere queunt declaramus devotionem erga C. J. E. nunquam fuisse ab auctoritate suprema improbatam. » Cujus declarationis haec erat conclusio : « Devotio erga C. J. E. approbata manet hodie sicut et heri; neque quidquam immutatum est eorum quae ad ejus in Ecclesia conditionem pertinent. » Mense vero Julii firmior inserebatur affirmatio quae sic sonabat : « Veritatem sciscitati sumus a viris dignitate conspicuis qui expressa assertione certiores nos fecerunt devotionem erga C. J. E. minime Decreto loesam fuisse. » Quibus relatis commentarium *L'Ami du Clergé* haec addebat : « Nostra peculiari inquisitione certiores facti, haec vera attestari possumus.

Attamen Acta Apostolicae Sedis (1), die 3 Augusti, aliud vulgarunt Decretum seu S. Rituum Congregationis declarationem die 15 Julii subscriptam, cujus is erat tenor :

Edito decreto S. R. C. die 28 Martii 1914 : *De insuetis cultu titulis*, Subdirector generalis consociationis, quam vocant a Corde Jesu Eucharistico, opportunum judicavit secretis litteris significare multis Rmis locorum Ordinariis nonnulla circa interpretationem ipsius decreti, non adeo veritati innixa, et quae facile confusionem ingerunt. Quod quum ad aures SS^mi^ Dni nostri Pii Papae X pervenerit, de cujus mandato decretum una cum altero S. Officii diei 27 Maii 1891 evulgatum fuerat, earumque litterarum tenorem Ipse noverit, agendi rationem praedicti Subdirectoris ejusque incongruum zelum improbans, quae ex illis secretis litteris oriri poterit, haec quae sequuntur publicare jussit :

I. Decretum S. R. C. diei 28 Martii 1914 iterum confirmari cum sententia : *In decisis et amplius.*

(1) 1914, p. 382.

II. Titulum « Cordis Jesu Eucharistici » permitti tantum posse in approbatis sub eo titulo confraternitatibus; dummodo idem hoc sensu accipiatur quo intelligitur sacratissimum Cor Jesu prout praesens est in SS^mo Eucharistiae sacramento.

III. Quum vero ejusmodi titulus non sit canonicus et liturgicus immo novitatem sapiat, nunquam eum esse recognoscendum et admittendum in sacra liturgia.

IV. Confraternitates autem quae eo titulo nuncupantur, nullum aliud festum tanquam proprium celebrare posse, nisi festum sacratissimi Cordis Jesu cum Ecclesia universali, vel festum SS^mi Corporis Christi.

Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis.

Die, 15 Julii 1914.

Fr. S. Card. Martinelli, S. R. C.
Praefectus.

L. S.

† Petrus Lafontaine,
Ep. Charystien., Secretarius.

Talis S. R. Congr. actus haud minimos, alio tempore, excitasset rumores circà devotionem erga C. J. E.

Etenim S. Rituum Congregatio, quoniam res quae ipsi proposita erat solvenda ab eaque soluta fuit, ex his erat quae ad sacram liturgiam unice spectarent, nihil aliud certe intendit nisi cultum publicum prohibere (1). Insuper praedictum decretum vim procul dubio non auferebat solemnioribus S. Pontificum auctoritatibus neque publicis probationibus S. Officii ad quod pertinet de novis devotionibus ultimum ferre judicium. Tandem sodalitates sub titulo C. E. erectas profecto agnoscebat. Sed nonne videbatur sensum devotionis hactenus approbatum immutare? Nonne quamdam significabat adesse diffidentiam, imo quam-

(1) *Nederland Katholiche Stemmen*, 1914, p. 293.

dam S. Sedis improbationem in limitibus appositis huic devotioni quae antehac summorum in hierarchia virorum gaudebat patrocinio?

Quidquid est, hoc Decretum, ut patet, occasionem adversariis offerre poterat declarandi Romam tandem aperte locutam fuisse, atque devotionem quasi ictu lethali percussam a quo nequaquam sanari posset (1). Nonne timendum erat ne simplices et piae animae, his actibus S. Congregationum sibi apparenter contradicentibus, aliquantum conturbarentur.

Bellum vero, hisce temporibus, ad alias sollicitudines easque majores omnium mentes convertebat. Pleraque insuper periodica folia suas jam interrumpere debuerant publicationes; ita ut fere nusquam auditum est de decreto die 15 Julii edito.

At illi quibus devotio cordi erat, quosque decretum istud merito commoverat ac contristaverat, pro viribus agere non omiserunt. Omnino parati ad amplectendam S. Sedis sententiam ejusque decisiones plane excipiendas etsi eis necesse fuisset de optatis desistere quam maxime legitimis quamque carissimis, nihil praetermiserunt ut textus explicaretur novaeque averterentur impugnationes.

ARTICULUS II. — *Benedicto XV regnante, cultus privatus a S. Officio confirmatur; cultus publicus a S. Rituum Congregatione approbatur.*

Tempus quidem parum opportunum erat; etenim mentes ad belli horrores unice attendebant, et Pius X qui semper devotionis fuerat studiosissimus, ineunte bello decesserat. Insuper ipsa decreti verba : « in

(1) Haec alacriter scripsit R. D. Battandier (*Annuaire Pontifical*, 1915, fol. 777) : « Edito hoc Decreto, causa Cordis J. E. plane absoluta est, ambagesque omnes, quibus se prius devitaturos esse Decretum sperabant, eradicatae manent. »

decisis et amplius » prohibere videbantur ne novus ad Curiam romanam fieret recursus. Ast vigil aderat Cor Eucharisticum.

Benedictus XV, ad S. Petri cathedram evectus, mox cognovit quibus obstaculis praedicta devotio, cujus percipiebat excellentiam et opportunitatem, esset obnoxia. Auditis multorum anxietatibus et timoribus : « Ne timueritis, inquit, devotio erga C. J. E. reprobari nequit. Novam procuretis oportet S. Sedis declarationem. » Simulque promisit rem iterum recognitioni, quae multa cum benevolentia perageretur, subjiciendam esse.

Praecelsa S. Pontificis gratia certum reddebat illius causae successum. Igitur mense Decembri Em. Card. Amette, Parisiensis Archiepiscopus, cujus in dioecesi una e primis C. E. sodalitatibus exstitit, quique tam Bajoci (Bayeux) quam Parisiis sua praesentia dignatus est manifestationes pietatis in honorem C. E. saepe incitare, curam sponte suscepit Romam ea de re interrogandi.

Omnes quidem fidentes exspectabant in oratione S. Sedis responsum ; at quatuor elapsi erant menses antequam optata daretur sententia. Romae etenim, cum ageretur de vero devotionis sensu determinando necnon et de illius demum statuenda approbatione, rem novae perscrutationi attentaeque recognitioni subjicere voluerunt.

Tandem aliquando periodicum dioeceseos Parisiensis commentarium (*Semaine religieuse de Paris*), sabbata die 17 Aprilis 1915, id documentum inter acta curiae archiepiscopalis evulgabat :

De devotione erga Cor Jesu Eucharisticum.

Die 14 Decembri 1914, Em. Cardinalis Archiepiscopus Parisiensis has supplices preces ad SS. D. Papam direxerat (1) :

Beatissime Pater,

Existunt in mea dioecesi nonnullae sodalitates quas « Cordis Jesu Eucharistici » vocant, filiatione unitae Archisodalitati, Romae, in Ecclesia S. Joachim erectae Brevi S. S. Leonis XIII, die 16 Februarii 1903.

Quotannis in una ex praecipuis Parisiorum ecclesiis, pietatis actus trium dierum in honorem Eucharistici Cordis Jesu solemniter celebrantur cum magno fidelium concursu magnaque aedificatione. Jamvero quaedam nuper editae decisiones S. Rituum Congregationis aliquam injecerunt perturbationem in animas quae illam exercent devotionem.

Idcirco Vestram Sanctitatem rogare audeo quae, ap-

(1)

Très Saint-Père,

Il existe dans mon diocèse plusieurs Confréries dites du Cœur Eucharistique de Jésus, affiliées à l'Archiconfrérie établie par le Bref de Sa Sainteté Léon XIII du 16 février 1903, dans l'église Saint-Joachim, à Rome.

Chaque année un triduum solennel est célébré en l'honneur du Cœur Eucharistique de Jésus dans une des principales églises de Paris, avec un grand concours de fidèles et une grande édification.

Or, certaines décisions récentes, publiées au nom de la S. Congrégation des Rites, ont jeté quelque inquiétude dans les âmes qui pratiquent cette dévotion.

J'ose donc prier Votre Sainteté de daigner, en réponse à la Consultation ci-jointe, faire connaître à ce sujet sa pensée, qui sera accueillie avec la plus filiale soumission.

Prosterné à vos pieds, Très Saint-Père, je prie Votre Sainteté d'agréer l'hommage de la vénération profonde avec laquelle je suis

De Votre Sainteté,

Le très humble, très obéissant et très dévoué serviteur et fils,

† Léon-Adolphe, Cardinal Amette,
Archevêque de Paris.

positae consultationi respondendo, dignetur sententiam suam de hoc aperire, quae quidem omnimodo, ut decet filios, subjectione accipiatur.

Ad pedes Vestros provolutus, Beatissime Pater, Sanctitatem Vestram oro ut obsequium excipiat profundae venerationis in qua Sanctitatis Vestrae permaneo.

Humillimus, obedientissimus, ac devotissimus servus et filius

LEO-ADOLPHUS, Cardinalis Amette,
Archiepiscopus Parisiensis.

Eminentisimus Cardinalis hoc litteris suis supplicibus responsum accepit ab Em. Card. S. Officii Secretario (1).

Romae, die 3 Aprilis 1915.

E^me^ ac R^me^ Domine,

« Ad omnes dubietates et anxietates tollendas » quae post evulgata sacrae Rituum Congregationis Decreta, dierum 28 Martii et 15 Julii anni superioris, istic inter fideles exortae perhibentur, flagitabat nuper Eminentia Tua explicitam Sanctae Sedis declarationem super dubio : « Num Titulus, — Cor Jesu Eucharisticum, — servet sensum, quibuscumque non obstantibus, quem habet in ultima Collectione (*Raccoltà*) Indulgentiarum anni 1898 (2) et in Brevi dato a Leone XIII die 16 Februarii 1903. »

Re delata ad supremam hanc Sacram Congregationem Sancti Officii, cujus est curare ne fidei puritas caeni quacumque permixtione turbetur, omnibus eadem mature perpensis, in plenario conventu habito Feria IV die 24 Martii 1915, respondendum censuit : « Adfirmative ; et ad mentem.

(1) Responsum illud S. Officii editum fuit in Actis Apostolicae Sedis 1915, fol. 205. — Ut dicit R. D. Battandier de alio Decreto : « Ex ejus consignatione in Actis aperte videtur in quanta luce S. Sedes collocari illud voluit. » (*Annuaire Pontifical*, 1915, fol. 773).

(2) Solo quale oggetto di speciale venerazione, di amore, di riconoscenza e di corrispondenza scéglie quell atto di suprema dilezione col quale il Cuore amantissimo di Gesù istitui l'adorabile sacramento dell' Eucaristia rimanendo con noi sino alla fine dei se coli.

Mens est ut firma et immutata remanere debeant Decreta Sanctae Sedis quoad emblemata, imo etiam quoad partem liturgicam devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum : attamen devotio ipsa erga Cor Jesu Eucharisticum haberi debeat ut adprobata ab Apostolica Sede in sensu declarationis, quae continetur in ultima Collectione Indulgentiarum anno 1898 edita. »

Quam quidem responsionem perpetuo hac super re Ecclesiae sensui apprime consonam facile inveniet quisquis paulisper secum reputet in ipsis Breviarii Romani lectionibus pro officio festi Sacratissimi Cordis Jesu jamdiu concesso, commendari praecipue « caritatem Christi patientis et pro humani generis redemptione morientis atque in suae mortis commemorationem instituentis sacramentum corporis et sanguinis sui, ut (eam) fideles sub Sacratissimi Cordis symbolo devotius ac ferventius recolant ejusdemque fructus uberius percipiant; et festum SS. Corporis Christi cum ejusdem Sacratissimi Cordis festo in sacra liturgia ita conjungi, ut alterum alterius quasi sequela et complementum videatur. Nil igitur mirum si insolescente postea devotione erga Sacratissimum Cor Jesu Eucharisticum, constanter ab Apostolica Sede declaratum fuerit « cultum erga Sacratissimum Cor Jesu in Eucharistia non esse perfectiorem cultu erga ipsam Eucharistiam neque alium a cultu erga Sacratissimum Cor Jesu. »

Ex quibus omnibus plane consequitur devotionem erga Sacratissimum Cor Jesu Eucharisticum nedum nunquam a Sancta Sede improbatam haud fuisse, quinimmo pluries positive recognitam : hoc tamen omnino et non alio sensu : nova vero circa eam emblemata, imagines, titulos ac festivitates liturgicas ideo potissimum vetitas fuisse, ne forte simplicium animis, novitatis amore captis, devotionem ipsam in erroneos vel minus opportunos sensus deflectentibus, res tam sancta obloquentium dicteriis exponeretur.

Dum Te igitur precor ut hujus adeo salutaris devotionis frequentatores, veram et genuinam Apostolicae Sedis mentem prudenter edoctos, in sancto proposito confirmare satagas, honori mihi duco altissimae aestimationis meae

sensus exprimere Eminentiae Tuae, cui manus humillime deosculor.

Eminentiae Tuae,

Humil^mus et Dev^mus vere famulus,

R. Card. Merry del Val.

Quantum sit documenti illius momentum, semel qui illud legit intelligere potest.

Ipsa nimirum *Suprema S. Officii Congregatio*, in plenario conventu, quaestionem propositam dijudicat, scilicet dignissima Congregationum romanarum quam ipse Summus Pontifex ut Praefectus moderatur; Congregatio *cujus est curare ne fidei puritas coeni quacumque permixtione turbetur*. Ipse S. Pontifex rei intervenit declaratque approbatam devotionem erga C. J. E. Nihil ergo illa continet quod fidei puritati contradicat eamve quacumque permixtione turbet.

Scopus illius S. Officii declarationis his verbis indicatur : *ad omnes dubietates et anxietates tollendas*, nempe id quod praecise postulaverat Em. Card. Amette. Nisi ergo ipsi evidentiae claudantur oculi, jam non licet neque possibile est, etsi levissime, dubitare minimamve movere objectionem circe legitimatem devotionis erga C. J .E. aut circa ejus ab Ecclesia publicam approbationem.

Sensus devotionis clara et ultima sententia constituitur qui intelligi debet uti jam determinatus est in Collectis quibus nomen *Raccoltà* (1898), et in Brevi Leonis XIII (16 Februarii 1903). Igitur, quando sermo habetur de Corde Eucharistico, non solum de Corde Jesu in Eucharistia praesenti agitur, sed praeprimis de causa cur inibi praesens sit, videlicet de hoc amore supremo qui Dominum Nostrum impulit ut perpetuo nobiscum permaneret. Quivis alius devotioni attributus sensus erroneus est mentique S. Sedis contrarius.

S. Officii judicio, devotio erga C. J. E. *sententiae Ecclesiae in re hujusmodi consonat*, sicuti responsum quod illius determinat sensum; *quam quidem responsionem perpetuo hac super re Ecclesiae sensui apprime consonam.* Quinimo suum habet fundamentum in liturgia jam ante vigenti, quandoquidem S. Officium, ad modum argumenti, affert lectiones Officii Sacratissimi Cordis quae substantiam rationemque devotionis formalem aperte declarant, nempe *caritatem Christi in suae mortis commemorationem instituentis Sacramentum corporis et sanguinis sui.*

Patet cultum erga *C. J. E. non esse alium a cultu erga ipsam Eucharistiam.* Quippe in Domino Nostro non sunt duo corda, sed unum, et in SS. Sacramento Jesus Christus integer praesens est, cor suum habens sicut et suum corpus suumque sanguinem, animam suam suamque divinitatem. Aliis verbis, objectum materiale, ut dicunt philosophi, idem est tribus hisce devotionibus quarum una alteram sequitur et complet : *ita conjungi ut alterum* (festum SS. Cordis) *alterius* (id est festum Corporis Domini) *quasi sequela et complementum videatur.*

Denique tantum abest ut devotio erga C. J. E. in improbationem S. Sedis unquam incurrerit, ut contra pluries ab ea recognita fuerit; *nedum unquam a S. Sede improbatam haud fuisse, quin immo pluries positive recognitam* (1). Hinc patet quanto a vero aberrarent

(1) Ecclesia pluribus modis aliquem cultum probat. Certissimus omnium est actus authenticus quo fertur ejus formalis approbatio ; at saepius contingit ut S. Sedes, longius antequam edat Decretum, propositum suum protendat gratiis et privilegiis pietati fidelium concessis. Hujusmodi gratiae tacitam approbationem includere possunt, quales, theologorum canonistarumque sententia, sunt v. g. erectio canonica confraternitatum in honorem alicujus cultus, concessae indulgentiae in eumdem finem, licentia cujusdam festi celebrandi, vel altaris sive sacelli etiam in hunc finem dedicandi. Haec est doctissimorum doctrina, praesertim Benedicti XIV qui hac de re

scriptores qui contendebant devotionem illam et condemnatam fuisse et rejectam. Actus enim S. Sedis de C. E. positivae erant illius cultis recognitiones. Patet ergo quam recte censuerint fideles amici et devoti hujus divini Cordis apostoli, quippe qui hanc suam carissimam devotionem cum defenderent, devotionem *a S. Sede pluries positive recognitam*, dociles ac obedientes Ecclesiae filii, propugnarent ac tuerentur.

Quod ad *emblemata* attinet, S. Officium veteres tantum renovat prohibitiones circa haec emblemata, de quibus jam supra sermonem habuimus, quae, absque ulla auctoritatis ecclesiasticae licentia, quidam novitatis amore ducti abusive propagare non dubitabant. Devotionem vero approbando, tacite approbat ut imaginibus externo se prodat, dummodo in iis conficiendis nihil adversetur praescriptis quae in Leonis XIII constitutione *Officiorum* leguntur. Ideo Cordis Eucharistici imago, qualis invenitur in capite hujus voluminis, verbis S. Officii non attingitur, quippe cum haud semel aliae ejusdem typi benedictae sint atque approbatae a S.S. Pio X, necnon et a multis archiepiscopis et episcopis.

Quod vero *ad cultum publicum* spectat, memorat S. Officium praecedentibus standum esse Decretis S. Rituum Congregationis cui soli competit ea moderari quae ad sacram liturgiam referuntur.

Devotio erga C. J. E., in summa, approbata manebat ad modum nempe devotionis privatae. Omnes igitur actus qui non excedunt cultum externum ac privatum exerceri poterant sub episcoporum vigilantia et approbatione. At donec S. Ecclesia eidem locum in sua liturgia daret, ab iis omnibus quae pendent a

neminem auctoritate parem habet (Cfr. *De Sanctorum beatificatione*, l., c. XXXVIII, n° 1, fol. 254). — Presbyter Julius Thomas : *Doctrina de devotione erga S. Cor Jesu*, fol. 25 et 26.

cultu publico (in sensu canonico hujus vocis) abstinendum erat.

Hic est tenor, haecque vis hujus novi gravisque S. Sedis actus qui tantum fovebat devotioni erga C. J. E.

Quid autem ex his omnibus, quae modo diximus, concludamus oportet, in ipso S. Officii responso indicatur. Non tantum in omni summa approbatur praedicta devotio, sed et declaratur valde salutaris : *hujus adeo salutaris devotionis*. Fideles huic devotioni addicti confirmandi sunt in suo sancto proposito : *in sancto proposito confirmare satagas*.

Haec S. Officii declaratio, et quidem maximi momenti, ut patet, omnibus animos addidit, et fundatam fiduciam injecit videndi cultum publicum erga C. J. E. ab Ecclesia approbatum.

Exinde enim nostra devotio nova et ampliora accepit incrementa. Ubique sodalitates erectae sunt ac imagines longe lateque diffusae (1). Plures dioceses, imo et nationes, ut Brasilia, inter splendidas solemnitates Cordi Eucharistico sese devoverunt. Instantes petitiones ad S. Sedem directae sunt a multis Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac Praelatis religiosis, enixe flagitantes ut institueretur speciale festum in honorem SS. Cordis Eucharistici (2).

(1) Cfr. *Revue du Cœur Eucharistique.*

(2) Nec prius Sedes apostolica moveri solet, quam Reges, Principes, et aliae personae honestae et authenticae instanter supplicaverint S. Pontifici.(Benedictus XIV, *De canoniz.*, lib. II. c. XXXVI, n. 7, p. 324.)

Causae autem hujusmodi concessionis — missae et officii — desumuntur a pio populorum affectu una cum instantiis Regum aut Principum, et petitionibus Episcoporum pro quorum dioecesibus fit concessio officii et missae. — (*Id.*, lib. IV, pars II, c. VI, n. 2, p. 463).

Supplicandum Sanctissimo Domino continuis vicibus, ac pluries instanter,... non statim conceditur, sed exspectatur, quod diu pulsetur, et perdurent supplicantium instantiae, praesertim spontaneae. (*Id.*, lib. II, c. XXXVI, n. 8. p. 324.)

His omnibus permotus, SS. Pontifex Benedictus XV, cujus singularem devotionem erga C. J. E. jam diximus, S. Rituum Congregationem jussit missam et officium proprium conficere. Tandem die 9 Novembris 1921 exiit solemne Decretum quo festum liturgicum cum missa et officio proprio, feria quinta post octavam Corporis Christi celebrandum concedebatur.

Decretum illud referre juvat (1).

Decretum.

Romana.

Instantibus compluribus Reverendissimis Ordinariis dioecesium, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XV, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, Officium proprium cum respondente Missa *Sacratissimi Cordis Jesu Eucharistici* exhibitum et ab ipsa Sacra Congregatione revisum, prouti in separato prostat exemplari, approbare dignatus est, illudque feria V post octavam Sanctissimi Corporis Christi adhibendum decrevit.

Peculiaris ratio et finis hujus Festi cum Officio et Missa propriis, ad commemorandum Domini Nostri Jesu Christi amorem in Eucharistiae mysterio, enucleatius explicatur in Sacris Litteris et in operibus sanctorum Ecclesiae Patrum ac Doctorum, atque etiam innuitur in illa pia, usitata, et a Summo Pontifice Pio VII probata oratione : *Ecco fin dove è giunta*, etc. (2). Insimul in iteratis supplicantium precibus ipsiusque Beatissimi Patris votis alter finis est, mediante hoc Festo, magis excitare in Christi fidelium animis fiduciam et accessum in Sanctissimae Eucharistiae mysterium, eorumque corda ferventius inflammare igne divini amoris quo Dominus Noster Jesus Christus, infinita caritate in Corde suo flagrans, sanctissimam Eucharistiam instituit,

(1) *Acta Apostolicae Sedis*, die 23 Novembris 1921.

(2) Raccolta di orazioni e pie opere per le quali sono state concesse dal Sommi Pontefici le sante indulgenze. Roma, 1898, p. 106, n° 73.

suosque discipulos in eodem sacratissimo Corde suo custodit ac diligit, vivens et manens in eis sicut ipsi vivunt et manent in illo, qui in ejusdem sanctissimae Eucharistiae mysterio se nobis offert ac donat, victimam, socium, cibum, viaticum et futurae gloriae pignus.

Hoc autem Festum eadem Sanctitas Sua clero saeculari hujus Almae Urbis et singulis dioecesibus petentibus, sub ritu duplici majori benigne concessit, servatis de cetero Rubricis atque Apostolicae Sedis decretis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die 9 Novembris 1921.

A. Card. Vico,
Ep. Portuen et S. Rufinae, P. S. R. C. Praefectus.

Alexander Verde,
Secretarius.

Et sic, omnino triumphans, Cor Jesu Eucharisticum locum obtinebat in nostra S. Liturgia; cultus publicus jam definitive approbatus manebat. Festum quidem nonnisi clero romano ac dioecesibus et communitatibus quae illud petiissent concedebatur. Sed tam multae jam directae sunt Romam ex innumeris locis petitiones ad obtinendum illud novum officium C. J. E., ut sperare liceat hoc festum, post breve tempus, ad universam Ecclesiam extensum fore.

Interea devotio nostra magis ac magis accrescit. Nomen Cordis Eucharistici saepe cum honore laudatur ac invocatur a SS. Papa gloriose regnante Pio XI, in suis orationibus, litteris ac audientiis. Congressus Eucharistici, tam internationales quam nationales, Cor Eucharisticum plausibus comprobant, votaque faciunt ut ubique diffundatur nostra devotio. Faxit Deus ut sacerdotes ac fideles his votis et praeclaris S. Pontificis commendationibus confirmati, crescant amore erga Dominum Nostrum Jesum Christum, secundum

S. Officii voluntatem : *in sancto proposito confirmare satagas*.

Quod equidem pro viribus efficere studuimus ea quam lectoribus offerimus explanatione doctrinali. Utinam sic hoc votum impleverimus ad maximam Eucharistici Cordis Jesu gloriam maximamque animarum utilitatem! Impenso sane pretio donatos nosmet aestimaremus pro diu protracto arduoque cui necesse incumbuimus labore, si id opera nostra in mentem venerit venerandis sacerdotibus, fratribus nostris, optare nempe ut ipsi evadant amici devoti sedulique Cordis Eucharistici apostoli. Animabus valde nos utiles fuisse censeremus si, lectis hisce paginis, inducerentur illae ad offerendos huic divino Cordi quos requirit actus specialis venerationis, amoris et grati memorisque animi (*Raccoltà*, 1898).

Ea dum scribimus, totus fere mundus agitatur ac turbatur. Jam fructus recentis ac horrendi belli colligimus ; omnes gentes suas reparare ruinas, ac pacem in universo mundo instaurare tentant. Sed Deum de mundo tollentes, ubinam pacem invenire possent? *Quis restitit ei et pacem habuit* (Job, IX, 4). *Dixerunt* : *pax, pax, et non erat pax* (Ezech., XIII, 10). Percipiant demum qui populos moderantur rebusque gentium praesident, nullam esse pacem nisi in Christo Jesu, nec ullam prosperitatem ullamve salutem : *non est in alio aliquo salus* (Act., IX, 12). Utinam omnes, rectores nimirum et subditi, ab Eucharistia remedium quaerant, ab illo Jesu semper praesente, semper amante, semperque apud nos vivente hisce in tabernaculis, in quibus amore vinctum eoque infinito, quali nempe solus flagrare valet Deus-Homo, diu noctuque usque ad consummationem saeculorum, retinetur Cor Jesu Eucharisticum.

Sic, nostro judicio, haec implerentur verba spei haud

exiguae plena quae Andegavi (Angers) anno 1901, dum Congressus haberetur eucharisticus, a clarissimo rei maritimae Praefecto de Cuverville dicta sunt : « Elapsum saeculum fuit saeculum B. Mariae Virginis; quod incipit vigesimum Cordis Eucharistici nuncupabitur (1). »

Ad illius felicissimi diei, quem toto animo exoptamus, auroram radiis splendentem cito maturandam, hanc iterum iterumque proferamus vocem fidei plenam et amoris (2) qua, in Vindobonensi Congressu (1912) perpulchram de sacra communione propaganda relationem concludebat R. Pater Lintelo, S. J.

Cor Jesu Eucharisticum, adveniat regnum tuum!

(1) *Acta Congressus Andegavensis*, fol. 185.
(2) *Acta Congressus*. Gallica sectio, fol. 72.

PARS SECUNDA

DOCTRINA DE DEVOTIONE ERGA COR JESU EUCHARISTICUM

CAPUT I

De natura devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum.

Praeclarae hujus devotionis notio jam manifeste expressa reperitur in officiali Indulgentiarum collectione (vulgo *Raccoltà*) Romae, mense Januario anni 1898 edita. Quae hisce quidem verbis exprimitur : « Cultus erga Cor Jesu Eucharisticum non ita intelligendus est, ut sit substantialiter diversus ab eo qui jamdudum in Ecclesia eidem Cordi exhibetur. In eo duntaxat tanquam objectum specialis venerationis, amoris, et grati memorisque animi, seligitur ille supremae dilectionis actus, quo Cor Jesu amantissimum instituit adorabile Eucharistiae Sacramentum, in quo nobiscum manet usque ad finem saeculorum (1). »

Notio ista clare praeterea simulque expressis verbis fuit a SS. Pontifice Leone XIII declarata in eo Brevi 16 Februarii 1903, quo erigebatur Sacratissimi Cordis Jesu Eucharistici Archisodalitas : « Fidelium Sodalitas, aiebat S. Pontifex,... peculiaribus venerationis, amoris, et grati ac reverentis animi studiis illum recolit supremae dilectionis actum quo Redemptor noster, omnes Cordis sui divitias effundens, ut nobiscum ad exitum

(1) Il culto verso il Cuore Eucaristico di Gesù non deve intendersi nella sostanza diverso da quallo che nella Chiesa gia ad esso Cuore si professa : solo quale oggetto de speciale venerazione, di amore, di reconoscenza, di correspondenza, sceglie quell' atto di suprema dilezione, col quale il Cuore amantissimo di Gesù istitui l'adorabile Sacramento dell' Eucharistia, rimanendo con noi sino alla fine dei secoli. (*Raccoltà,* 1898, p. 194, n° 121.)

usque saeculorum moram ageret, adorabile instituit Eucharistiae Sacramentum (1). »

Non secus ac in quavis alia devotione, *duplex hic distinguitur objectum,* materiale scilicet et formale. Objectum *materiale* cultus est res illa quae colenda proponitur, et cui cultus exhibetur. *Formale* vero est ratio motiva illius cultus materiali objecto praestandi (2).

Uti devotionis erga SS. Cor Jesu, ita duplex devotionis nostrae habetur *objectum materiale* : videlicet *sensibile seu physicum* unum, *spirituale* alterum (3).

Objectum materiale sensibile seu physicum est ipsum SS. Cor Jesu in Eucharistia, non nude in se consideratum, sed ut humanitati, ac consequenter ut divinae personae Verbi unitum (4). « Illud adorant, ait Pius VI, ut est Cor Jesu, cor nempe personae Verbi, cui inseparabiliter unitum est, ad eum modum quo exsangue corpus Christi, in triduo mortis, sine separatione aut praecisione a divinitate adorabile fuit in sepulcro (5). »

Objectum spirituale seu symbolicum est ille supremae dilectionis actus, quo SS. Cor Jesu, a primo suae corporalis conceptionis instanti, ac dein toto suae mortalis vitae decursu, Pascha eucharisticum nobiscum manducare vehementer desiderans, in ultima Caena

(1) *Acta Leonis XIII*, t. XXII, p. 307. *Acta Sanctae Sedis,* 1915, p. 205.

(2) Bucceroni, *Commentarii de SS. Corde Jesu,* p. 3. — Tanquerey, *Theologia specialis*, t. I, p. 579. De cultu Cordis Jesu.

(3) Leroy, *Les Litanies du S. Cœur*, cap. X, p. 117. — Id. *De SS. Corde Jesu ejusque cultu,* p. 146, n° 138. — Muzzarelli, *Opuscule sur la dévotion et le culte du S. Cœur*, p. 14. — Tesnières, *Somme de prédication eucharistique. Le Cœur de Jésus*, II, p. 73. — Nilles, Tom. I, p. 334, *De rationibus festorum Cordis Jesu et Mariae.*

(4) S. Alphonsus, *Novena S. Cordis Jesu. Opere ascetiche*, t. IV, p. 410.

(5) *Constitutio* « *Auctorem fidei* », 28 Aug. 1794. *Bullarii Rom. continuatio,* t. VI, Pars III, p. 2704.

ad finem usque nos diligens, venerabile altaris Sacramentum instituit; posteaque perpetuo perseverat adesse nobis *socius* in altari, *victima* in missae sacrificio, *cibus* in sacra communione.

Objectum igitur devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum non est tantum Cor Christi physicum et carneum, vere et substantialiter praesens in Eucharistia, nec sola Christi charitas in institutione Eucharistiae; sed est utrumque simul : seu est Cor Christi realiter praesens in Eucharistia, ac per hoc donum eucharisticum suam erga nos caritatem demonstrans, vel Christi caritas illum impellens ad sese donandum in Eucharistia, cordis symbolo demonstrata (1).

Objectum formale devotionis nostrae, seu motivum propter quod SS. Cor Jesu Eucharisticum speciali cultu nobis adorandum et amandum proponitur, est tum excellentia SS. Cordis Jesu Christi in Eucharistia praesentis, tum excellentia ipsius dilectionis propter quam instituit SS. Eucharistiae sacramentum.

*
* *

Alii aliter objectum formale nostrae devotionis videntur explicare. Etsi de objecto materiali una sit inter omnes sententia, tamen ut illorum fert opinio, objectum formale est ille supremae dilectionis actus, quo amantissimus Redemptor noster Sacram Eucharistiam instituit, et nobiscum usque ad consummationem saeculi remanere voluit tanquam hostia nostra, nosterque cibus et comes perennis.

Qui quidem a nobis non dissentiunt si rem praesertim

(1) S. Alphonsus, *Novena S. Cordis Jesu,* t. IV, p. 410. — Herrmann, *Institutiones Dogmaticae,* n° 992. — Tanquerey, *Theologia Dogmatica,* t. II, p. 778, n° 1218. — Mannens, *Theologia Dogmatica,* t. II, p. 413. — Van Noort, *De Deo Redemptore,* p. 60. — *Decretum S. R. C.,* die 9ª Nov. 1921, *Acta apost. Sedis,* 23 Nov. 1921.

philosophicis disciplinis perpendimus. Distinguunt enim philosophi *objectum formale quod* et *objectum formale quo*. Objectum *quod* est illud ipsum ad quod potentia vel scientia (vel devotio) spectat. Objectum *quo* est propria ratio, propter quam potentia vel scientia (vel devotio) circa aliquid versatur (1). Porro, quod ad devotionem nostram attinet, dicimus ejusdem *objectum formale quod* esse Cor Christi suam erga nos demonstrans caritatem donatione Eucharistiae; seu aliter, actum illum dilectionis supremum quo Cor Christi Eucharistiam instituit. Inde videre est *objectum formale quod* fere idem esse ac *objectum materiale spirituale;* nam objectum materiale definitur : res circa quam aliqua potentia vel disciplina (vel devotio) versatur (2). *Objectum vero formale quo*, seu propria ratio propter quam nostra devotio circa actum supremae dilectionis Cordis Christi versatur, est quia excellentissimum est Cor Christi, excellentissimus etiam actus ille supremae dilectionis ex quo emanavit augustum Eucharistiae donum (3).

(1) Signoriello, *Lexicon Philosophico Theologicum,* p. 289.

(2) Signoriello, *Lexicon Philosophico Theologicum,* p. 236.

(3) Diximus actum supremae dilectionis esse nostrae devotionis objectum. Liceat vero in memoriam revocare verbum : *actus*, quando philosophico ac theologico sensu sumitur, non idem significare ac verbum : *actio*. Non enim de se ac necessario, ut vocabulum : actio, aliquid transitorium denuntiat, sed significat generatim quidquid non est in potentia. Duplex enim distinguitur potentia realis : *activa* una, quae nempe aptitudo est seu principium agendi, *passiva* altera quae a S. Thoma explanatur eo modo : « Potentia primo imposita est ad significandum principium actionis, sed secundo translatum est (nomen potentiae) ad hoc, ut illud etiam quod recipit actionem agentis, potentiam habere dicatur : et haec est potentia passiva. Et sicut potentiae activae respondet operatio vel *actio*, in qua completur potentia activa ; ita etiam illud quod respondet potentiae passivae, quasi perfectio et complementum, *actus* dicatur ». (S. Thomas, I *Sententiarum*, XLII, questio I, articulus I, ad 1, tom. VI, p. 341.) Liquet ex dictis *potentiam*, ut talem, significare imperfectionem, dummodo actus, generatim consideratus, perfectio quaedam est. Potentia enim activa sua actione completur; actum vero dicimus complementum et perfectionem potentiae passivae. Actus

*
* *

Hic probandum foret SS. Cor Jesu Eucharisticum cultu latriae adorari debere. At demonstratio ista ad propositum nostrum parum conferre videtur. Sufficiat meminisse generalis causae cur Cordi Eucharistico latriae cultus debeatur, quae nulla alia est nisi unio hypostatica Cordis cum persona Verbi; hac enim unione fit ut non solum tota humanitas, sed quaelibet pars ejus, scilicet corpus, anima, cor, singula membra corporis, singulae potentiae animae, singuli actus animae et cordis, quaelibet pars, inquam, adoratione latriae adorari debeat (1).

Haec omnia fuse probat R^mus P. Lepidi, M. S. P. in suo opusculo : *De Cultu Cordis Jesu Eucharistici explicatio dogmatica*. Quae principia ad nostram devotionem accommodans, praelaudatus auctor sequentem statuit propositionem : *Cultus SS. Cordis Jesu Eucharistici in veritate dogmatis innititur*. « Nam, quando Cor Eucharisticum Jesu adoratur, Cor carneum Jesu adoratur non ab humanitate, non a divinitate Christi seorsum, sed cor carneum Verbi incarnati, una cum Verbo incarnato adoratur. Adoratur autem non primario, sed secundario; propter aliud, et non propter se. Etenim quod in corde carneo Christi per se primo adoratur, est Verbum incarna-

ergo eo magis actus seu perfectio dicendus erit quo est permanentior ; quando non permanet, eo ipso non amplius est actus.

Porro actus supremae dilectionis, quo Christus Deus instituit Eucharistiam, quia est perfectus et procedit a perfecta caritate, non est transitorius, sed quolibet tempore vel momento perdurat et perdurabit usque ad consummationem saeculi, ita ut, definiendo objectum devotionis nostrae, forsan rectius loqueremur dicendo illud objectum non esse simpliciter actum hunc supremae dilectionis, sed illam *supremam dilectionem semper in actu* usque ad consummationem saeculi.

(1) Herrmann, *Instit. Dogmat.*, n° 993.

tum, ratione suae divinae excellentiae. Exhibetur autem Verbum incarnatum, adorandum in corde, ut sic definite adorando Verbum incarnatum in suo corde carneo, ejus dilectio et charitas, qua erga homines flagravit, pie et salubriter recogitetur.

« Itidem, ad nomen cor, adjungitur epitheton *eucharisticum,* ut distincte et nominatim recolatur et consideretur illa dilectio Christi, qua motus est ad instituendam Eucharistiam, ad nobiscum permanendum sub speciebus panis et vini, ad se communicandum nobis per modum cibi et per modum potus, et ad se immolandum modo incruento in altari; adeoque esse nobis pignus futurae nostrae gloriae et felicitatis perpetuae, symbolum illius corporis cujus Ipse caput existit, cuique nos fanquam membra, arctissima fidei, spei, et charitatis connexione, adstrictos esse voluit, ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis « schismata. » (Conc. Trident., sess. XIII, c. II, p. 123) (1).

*
* *

Apparet ex hactenus dictis quantum haec appellatio *Cor Eucharisticum* (2) rite definiat totam hujus devo-

(1) Lepidi, *De Cultu cordis Jesu Eucharistici, explicatio dogmatica,* p. 85.

(2) Titulus hic theologice est omnino verus, aiebat D. Gerbier in Congressu Eucharistico Parisienni 1888. Nam denominatio : *eucharisticum,* in sensu suo stricto, a theologis sumitur ad significandum statum sacramentalem; sic dicunt corpus eucharisticum, species eucharisticae (Franzelin, *De Eucharistia.* Tables Analytiques. — *De Augustinis : De Eucharistia,* p. 123. — Salmeron, t. IX, p. 22). Hoc, verbum legitime applicari potest omni quod, propter rationem specialem, consideratur in statu sacramentali. Jure meritoque dicetur ergo : Cor Eucharisticum Jesu, quia ut infra probabitur, adest specialis ratio considerandi Cor Jesu in Hostia. (Cfr. *Actus Congressus Eucharistici Parisiensis,* p. 143.)

Nomen ipsum non est novum. Jam enim anno 1705, in aliquo opere approbato, nomen Cor Eucharisticum saltem una vice ponitur (Cfr. Ginther, *Speculum amoris et doloris in Corde Jesu.* Consideratio 26, n° 9, p. 208.)

In quodam libro lingua italica scripto : *Le Finezze d'amore de*

tionis latitudinem. Vocabulum illud : *Cor*, declarat genus et quidem proximum. Haud secus enim ac in devotione erga SS. Cor Jesu significat tum Cor Christi carneum praeclari amoris symbolum, tum flagrantem Ipsius in nos caritatem. Quo animadverti potest nostram devotionem *generice* cum devotione erga Cor Jesu concordare, ab eaque nonnisi *specifice* differre.

Verbum enim : *Eucharisticum, differentiam* prodit, ut aiunt, *specificam*. Quivis enim devotus erga SS. Cor Jesu considerat atque laudat dona omnia quae ab hoc ditissimo ac beneficentissimo Corde effluxerunt, Incarnationem videlicet, Redemptionem, Passionem, Eucharistiam, etc... ; homo vero erga Cor Jesu Eucharisticum devotus considerat inter omnia alia, supremum Eucharistiae donum, eique speciali modo benedicit.

Gesù demonstrate : auctore Emmanuel di Gesù Maria (Napoli 1713 post citationem textus satis cogniti S. Laurentii Justiniani legitur : O Cuore Sagramentato! *O Cuore Eucaristico!* Degno d'effer riposto nel più puro, e segreto albergo del nostro petto. *Finezza*, XX, p. 357. — Item in Opusculo R^mi^ de Ségur (*le Sacré Cœur de Jésus*), edito 1872, in XXIII Meditatione. — Imo *res*, seu objectum formale quod, invenitur etiam in opere, edito in anno 1784 a R. D. Huleu, Praeside Seminarii archiepiscopalis Mechliniensis, cui titulus : *Tractatus historico-asceticus de SS. Eucharistiae Sacramento.* Legitur enim (t. I, p. 45) : « Sacratissimum Cor Jesu Sanctum Sanctorum est, in quo inhabitat divinitas corporaliter, in quo concepta fuit magnificentissima illa voluntas nobis praeparandi hoc convivium Eucharisticum. » — Nilles, S. J., in suo libro : *De rationibus Festorum Cordis Jesu et Mariae*, litanias SS^mi^ Cordis Jesu diversas publicavit Inter illas litanias in una legitur haec invocatio : Cor Jesu per sacram Communionem nobis datum et donatum, miserere nobis (Edit. 1885, t. II, p. 239, édit. 1869, p. 439.

Auctor operis : *Le Prêtre sanctifié par la récitation de l'Office divin et par la célébration de la Sainte Messe* (translatum ex lingua italica et editum apud Seguin aîné, Avignon, 1833, in-12, scripsit (II Parte, c. I, § I, p. 64) : « J'invoque surtout le Sacré Cœur de Jésus, ce Cœur qui inspira au Divin Rédempteur cet excès d'amour dont il nous donna une preuve si éclatante dsns l'institution de l'Eucharistie, comme Sacrifice et comme Sacrement ; j'invoque ce Cœur qui, toujours brûlant pour nous, le ramène chaque jour sur la terre pour subvenir à nos besoins et pourvoir à notre avancement spirituel ; ce Cœur qui, par une marque si touchante de son ineffable charité, demande et a droit d'attendre de nous des preuves d'une vive et sincère reconnaissance. »

Nunc vero opportune animadvertendum est verbum hoc : *eucharisticum* duplici sensu posse intelligi, sive passive, sive active. *Sensu passivo* nonnisi praesentiam significat ac permanentiam D. N. Jesu Christi, Ipsiusque Cordis in SS. amoris Sacramento. Porro in devotione de qua agitur, verbum *eucharisticum* non unice in hoc restrictiori sensu, passivo scilicet, sumitur (1); et ideo non dicimus : *Cor Jesu in* Eucharistia. Hunc revera sensum non respuimus. Maxima enim animati fide necnon et amore vivido adoramus et simul colimus Cor sacramentale realiter praesens in Eucharistia. Una ex nostris invocationibus, a Pio IX jam anno 1868 indulgentiis ditata, sic sonat : « Laudetur, adoretur, ametur omni momento Cor Jesu Eucharisticum, Ipsique persolvantur gratiae in omnibus mundi tabernaculis, usque ad consummationem saeculorum. Amen (2). » Una cum omnibus viris SS. Cordis Jesu studiosis, contemplamus atque meditamur in Sacra Eucharistia praeclara amoris Christi exempla, Jesum in Tabernaculo commorantem adimus, Illique nostras gratiarum actiones necnon et reparationes offerimus; Cor Jesu in divino Sacramento permanens, utpote quod sit perfectum ac vivum caritatis symbolum atque om-

(1) Erravit ergo R. P. Vermeersch, S. J., scribendo in periodico *Les Etudes*, publiées par les R. Pères de la Compagnie de Jésus (Février 1906, t. CVI, p. 490) : « L'expression : Cœur Eucharistique de Jésus prise isolément, peut signifier : « Cœur de Jésus à qui nous devons l'Eucharistie » ou bien « Cœur de Jésus présent dans l'Eucharistie ». C'est cette deuxième acception qui est adoptée dans la dévotion, récemment approuvée, du Cœur Eucharistique de Jésus. » — Serius tamen, a documentis S. Sedis edoctus, idem R. Pater scripsit (*Pratique et doctrine de la dévotion au S. Cœur*, IVe Edit., Casterman, Tournai, t. II, c. I, art. IX, pp. 106 et sqq.) « L'une et l'autre acception ont été en usage; ni l'une ni l'autre n'ont été rejetées... Actuellement la dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus s'entend plutôt d'une spéciale vénération rendue à cet acte de suprême dilection par lequel le Cœur très aimant de Jésus institua l'adorable Sacrement de l'Eucharistie. »

(2) Rescriptum Pii IX, 29 Februarii 1868.

nium virtutum exemplar, imitari studemus. Demum majores continuo vires impendimus ut cognoscatur et ametur SS. Sacramentum.

Ulterius vero progressi, dicimus verbum : *eucharisticum* non tantum passive esse sumendum, sed etiam ac potissimum quidem active (1).

Sensu ergo activo, hoc habet significationis, nempe Cor Jesu non tantum in Eucharistia permanenter perseverare, sed etiam pro suprema in nos dilectione, hanc SS. Eucharistiam instituisse, semetipsum dedisse in hoc SS. Sacramento in ultima Coena, quod omni die facere pergit atque perget ad finem usque saeculi. Aliis verbis, consideramus tum donum divinae Ipsius praesentiae, tum praesertim modo distincto ac peculiari donatorem, scilicet Cor ejusdem divinum, id est dilectionem qua impulsus tantum donum nobis reliquit, et etiam ejus proprium vitae statum, cum omnibus suis actibus in sui amoris sacramento. Hoc nomen ergo, *Cor Eucharisticum* designat duplex objectum devotionis, causam scilicet et effectum, id est Cor Jesu amore flagrans, et SS. Eucharistiam quae, ut ait Peronne, jure spectatur « veluti praecellentissimum divinae charitatis argumentum (2) ». Nullum sane verbum est quo magis perspicue nobis exprimitur amor cujus opere sacram accepimus Hostiam. *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit* (3). In memoriam nobis revocat haec quae Deus ipse in Scripturis habet, plena quidem significationis. Quisquis illud pronuntiat, commemorat Jesum Christum nostri amore, panem vitaefactum, hospitem Tabernaculi, dulcem nostri exilii comitem usque ad consummationem saeculi.

(1) Cfr. *Nouvelle Revue Théologique*, t. XXXV, pp. 274-275, 1903.
(2) Peronne, *Praelectiones Theologicae*, vol. IV. Tract. de Eucharistia, p. 46. Cfr. etiam Plum, *Handbuchlein der Erzbuderschast von Eucharistischen Herzen Jesu,* p. 5.
(3) Isaïe, LXII, 2.

Quod verbum apte definiebat S. Thomas, dum in hymno : *Pange lingua*, scribebat : *Se dat suis manibus*. Quis est hic qui se donat? Ipse est, seu Cor ipsum Jesu cum amore suo infinito. Quando in corde fervet amor, laborat atque vehementer cupit se dare; vult dare quidquid habet, et praesertim quidquid est, seu dare seipsum. Ut ait S. Dyonisius Areop. : « Est divinus amor exstaticus, qui non sinit esse suos eos qui sunt amatores, sed eorum quos amant (1). » Aliis verbis idem dicit S. Petrus Chrysologus : « Quid erit, quid debeat, quid possit, non respicit jus amoris. Amor ignorat judicium, ratione caret, modum nescit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, non recipit de difficultate remedium. Amor nisi ad desiderata pervenerit, necat amantem; et ideo vadit quo ducitur, non quo debeat. Amor parit desiderium, gliscit ardore, ardor ad inconcussa pertendit. Et quid plura? Amor quod amat non potest non videre (2). »

Tantus et talis est amor ille quem erga hominum animas habet Christus Jesus! Cor ejus, inter omnia corda amantissimum ac liberalissimum, postquam suis nos beneficiis omnimodo cumulavit, semetipsum totaliter nobis dedit, corpus scilicet ac sanguinem, animam suam, totam denique suam divinam personam in SS. Altaris Sacramento. *Majorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis* (3), aiebat Ipse in Evangelio (4). Jamvero in SS. Eucha-

(1) *De Divin. Nomin.*, IV. *P. G.*, III, col. 711.
(2) Sermo 147. Migne, *P. L.*, LII, col. 595.
(3) Joan., XV, 13.
(4) Si quis hunc textum allegaret ad probandum passionem Christi, non vero Eucharistiam, actum fuisse supremae dilectionis Salvatoris, facile illi responderetur per hanc perpulchram considerationem quam habet Biroat *(La Vie de J.-C. dans le Saint-Sacrement,* 4e Discours, p. 166) : « Si nous sondons le cœur de Jésus-Christ dans cet état (sacramentel) pour y voir le principe qui l'anime, et qui l'oblige de se donner ainsi aux hommes, nous trouverons que c'est l'amour incomparable qu'il a pour eux, mais un amour tout pur, et pour ainsi

ristia, Christus se penitus totumque tradit, non tantum amicis sed et inimicis suis; se tradit non semel, sed semper et quolibet momento usque ad consummationem saeculi; semper et continuo moritur, semper et ubique se dat omnibus animabus, et sic se dabit sine fine. Quantus amor! Quanta et ineffabilis dilectio! Tale est Cor Jesu Eucharisticum.

Tantum habet significationis, tam late patet hoc verbum : *Cor Eucharisticum!* Ita duobus his verbulis feliciter exprimuntur duo, et quidem maxima mysteria, et simul ostenditur perfecta quae existit relatio inter duas magnas devotiones, devotionem scilicet erga SS. Cor Jesu et devotionem erga SS. altaris Sacramentum.

Quod nunc monstrandum est in duobus sequentibus capitibus.

parler sans aucun mélange. Quand il est monté sur la Croix et qu'il a donné son sang et sa vie, il a fait à la vérité cette donation par un mouvement d'amour envers les hommes; mais il l'a faite aussi par l'obéissance qu'il a rendue à son Père. *Factus obediens usque ad mortem* (Phil., II, 8). Il avait reçu dès le premier moment de sa vie un commandement de mourir; et quoique son obéissance ne diminue pas la gloire de son amour, néanmoins toute la théologie est en peine d'accorder sa liberté dans cette occasion avec son impeccabilité, et la libéralité de son amour avec la nécessité de son obéissance. Mais nous n'avons rien dans l'Écriture ou dans les Pères, qui nous puisse faire croire que le Sauveur ait recu aucun commandement pour l'institution de l'Eucharistie; ç'a été une pure invention de son amour, un mystère qui lui a été pleinement et entièrement libre. »

Sanctus Alphonsus etiam in Opere : *Apparecchio alla Morte*, ait : Il SS. Sacramento è un dono fatto solamente dall' amore. Fu necessario gia per salvarci, secundo il decreto divino, che il Redentore morisse, e col sagrificio della sua vita soddisfacisse la divina giustizia per li nostri peccati; ma che necessita vi era che G. Cristo dopo esser morto si lasciasse a noi in cibo ? Ma così volle l'amore. »

Apparecchio alla morte, Cons. XXXIV, P. II, *Opere ascetiche*, t. II, p. 160. — Cfr. etiam Jacques Coret, S. J., *4e entretien*, p. 131. — Leroy, *Les litanies du S. Cœur*, cap. XIII, pp. 168-169. — Louis de Grenade, cfr. ejus verba in cap. VII hujus operis.

CAPUT II.

De relatione inter devotionem erga SS. Cor Jesu et devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum.

Nullam inter utramque devotionem interponi *substantialem differentiam* plura S^ae^ Sedis documenta testantur (1). Legimus enim in Collectione Indulgentiarum : « Cultus erga Cor Eucharisticum Jesu non ita intelligendus est, ut sit substantialiter diversus ab eo qui jamdudum in Ecclesia eidem Cordi exhibetur (2), » et SS. Pontifex Leo XIII : « Non dissimili prorsus cultu, scribebat, atque illi quem Sacro Cordi profitetur (3). »

Quid mirum? Utriusque enim devotionis substantialiter idem est objectum, tum materiale tum formale. Objectum materiale (substantialiter) est Cor carneum Christi (4), cum persona Verbi in humanitate Salvatoris conjunctum, atque simul charitas tum divina tum humana Christi Corde isto tanquam symbolico signo patefacta (5). Objectum formale (substantialiter) est

(1) Conf. Responsionem S^ti^ Officii, 3 Aprilis 1913.
(2) *Raccoltà*, 1898.
(3) Breve 16 Februarii 1903. *Acta Leonis XIII*, t. XXVI, p. 307.
(4) Cur fideles, colendo Christum, cultum suum *speciatim* dirigant in ejus SS. Cor, potiusquam in aliud ejusdem corporis membrum v.g., oculos, aures! Vide apud Theologos. Hurter, t. II, p. 408, 409. — Tanquerey, *Theologia dogmatica*, t. II, p. 781, n° 1223. — Hervé, *Theologia dogmatica*, t. II, p. 106, n° 418.
(5) Hurter, t. II, Tract. VII, p. 408. Billot, *De Verbo Incarnato*, Quaestio XXV-XXVI, p. 321.

excellentia SS. Cordis Jesu necnon et Ipsius dilectionis excellentia. Utriusque igitur devotionis studiosi immensam Christi caritatem mirantur atque pio prosequuntur cultu.

Licet vero utraque devotio idem habeat objectum, et ideo eadem sit quoad substantiam, modus tamen quo illud objectum considerat est distinctus, imo adeo distinctus ut distinctas devotiones constituere valeat (1). Devotio enim erga SS. Cor Jesu recolit universe nimiam illam dilectionem, qua omnes Redemptionis fructus omniaque beneficia nacti sumus. « Specificum hujus devotionis objectum, ait P. Croiset, S. J., amor est Filii Dei immensus qui Ipsum eo impulit ut se pro nobis morti traderet seque totum nobis daret in SS. altaris Sacramento quin a se praevisi tot hominum ingratorum contemptus quibus in hoc victimae statu usque ad finem saeculorum litatae afficiendus erat, Illum potuerint avertere ab iterato in dies objectu injuriis et opprobriis hominum, idque ut efficacius nobis manifestaret amoris excessum (2). »

Devotione erga Cor Jesu Eucharisticum speciale prosequimur honore supremum illum dilectionis actum quo divina instituta est Eucharistia, quae quidem exstat omnium caeterorum munerum summa atque consummatio (3). Aliis verbis, Cor Jesu Eucharisticum non est nisi

(1) Si les deux cultes ne diffèrent pas en substance, cependant il y a entre eux une différence que l'on peut appeler accidentelle (*Nouvelle Revue Théologique,* t. XXXV, 1903, p. 272).

(2) « L'objet particulier de cette dévotion, ait P. Croiset, S. J., c'est l'amour immense du Fils de Dieu, qui l'a porté à se livrer pour nous à la mort et à se donner tout à nous dans le T. S. Sacrement de l'autel, sans que la vue de toutes les ingratitudes et de tous les outrages qu'il devait recevoir en cet état de victime immolée jusqu'à la fin des siècles, ait pu l'empêcher de s'exposer encore tous les jours aux insultes et aux opprobres des hommes pour nous témoigner plus efficacement l'excès de son amour. » (Croiset, *Dévotion Pratique au S. Cœur,* p. 9.)

(3) Cfr. *Apôtre du Foyer,* 1906, p. 147.

Cor Jesu in actu supremae dilectionis, qui ut se daret omnibus et singulis, semper et ubique, ipsique ut Eo uterentur tanquam victima, cibo, amico, maximum et perpetuum operatur miraculum, miraculum nempe Eucharistiae, de quo apte Divus Augustinus (seu auctor coaevus): « Cum esset omnipotens, plus dare non potuit; cum esset sapientissimus, plus dare nescivit; cum esset ditissimus, plus dare non habuit (1). »

Nostra ergo devotio sic a devotione erga SS. Cor Jesu distinguitur, ut speciale a generali. Potest dici quasi devotionis medulla erga SS. Cor Jesu (2) seu, ut aiebat

(1) Circa hunc textum in Ephemeridibus (*L'Ami du Clergé*, 1890, p. 69) legitur :

« Hic textus à P. Lohner (Biblioth. Man., f. 2, p. 271, edit. Bassan seu Venet) Sancto Augustino tribuitur (tract. 48 in Joan.). Fatendum nobis est hanc relationem esse mendosam cum nihil sit hujus modi in Tractatu 48 in Joan. Sancti Augustini. Existimamus imo textum allatumnon esse in tota serie tractatuum S. Augustini in Evangelium S. Joannis quos frustra pervolutavimus ut illum inveniremus. Attamen asserere non possumus dictum textum non esse S. Augustini. »

(2) Hoc facile et perspicue deducitur ex ipsis scriptis S. Margaritae-Mariae Alacoque (*Vie et Œuvres*. Edit. Gauthey, t. II). Ipse Dominus Jesus, in revelationibus Sacratissimi sui Cordis, hisce verbis utitur : *sacrement d'amour* (II, p. 102, manchette 92; p. 105, manchette 97).

Cum loquitur ipsa Beata de altaris Sacramento, fere semper illud vocat : *mystère d'amour* (p. 514, lettre 130), *sacrement d'amour* p. 575, lettre 133; p. 741, défi 51). Festum Corporis Christi est : « la grande fête du très saint Sacrement d'amour » (p. 505, lettre 128).

Multa sane inveniuntur ejusdem verba circa hoc amoris mysterium quorum pauca hic referre satis erit « L'amour le tient au S. Sacrement, comme une victime tout abandonnée à être continuellement sacrifiée (p. 355, lettre 54).

« Ce divin amour, repose sur nos autels, ne nous prêche que l'amour, ne nous veut remplir que d'amour (p. 402, lettre 89).

« Il brûle continuellement d'amour au très Saint Sacrement (p. 469, lettre 110.

« Sa vie au S. Sacrement est une vie d'amour (p. 733, défi 57).

« Il est l'ardente fournaise du pur amour au très Saint Sacrement (p. 745, défi 61).

« Au saint Sacrement, Jésus est roi d'amour; son trône est un trône d'amour (p. 800, prière 14).

« Il y a pour nous des sentiments d'amour (p. 808, prière 23).

« C'est enfin par l'excès du plus ardent et du plus prodigieux de tous

Em. Cardinalis Amette, Archiep. Parisiensis : « Ita effloruit quam suavissime, quam plenissime, devotio erga SS. Cor Jesu (1). »

Haud miretur aliquis talem in devotione erga SS. Cor Jesu distinctionem institui posse. Hanc enim invenire est in omnibus devotionibus quae personam Jesu Christi tanquam objectum habent. Quod optime notat Pater Franciosi, S. J., in suo perpulchro opere : *De Devotione erga SS. Cor Jesu* : « Praeter hoc objectum finale omnibus commune (id est, praeter personam Christi, vere et simul Dei et hominis), ait doctus Pater, variae quae diriguntur ad Dominum Nostrum devotiones inter se distinguuntur termino proximo et immediato. Unaquaeque habet objectum proprium quod eam afficit speciali nota. Quo objecto quamvis ad scopum communem, Jesum Christum, progrediatur, tamen graditur modo proprio gressuque proprio et via sibi consentanea. Quaeritur forsan quid harum cuique devotionum imprimat suam notam, faciatque eam, ut ita dicamus, individuam? Est ipsius Jesu Christi contemplatio cuique devotioni accommodata, videlicet sub respectu distincto quae occasio est et ratio ejusdem devotionis. Hic respectus distinctus aliquod est mysterium Jesu Christi, id est aliqua ejus vitae mortalis vel gloriosae circumstantia. Exempli gratia, Domini Nativitatis, Paschatis, Ascensionis festa objectum habent finale ipsum Jesum Christum, objectum vero proprium Jesum Christum consideratum in mysteriis sive nativitatis sive resurrectionis sive triumphalis introitus in coelum, et sic de caeteris.

les amours, que Jésus s'est mis en état de victime dans l'adorable Eucharistie (p. 819, prière 31). »

(1) « C'est l'efflorescence la plus pure, la plus complète de la dévotion au Sacré Cœur. » (*Revue de l'Adoration Réparatrice*, 1903, p. 138.)

Eas varias celebrando solemnitates, fideles non vi separant ab universitate mysteriorum Jesu Christi eam specialem circumstantiam quae tunc eorum fervorem excitat, sed quin excludent alia, ab eis abstrahunt, praetereunt quasi parum adverterent, libentius attendunt ad eam quae mentes eorum percellit circumstantiam, agunt solum circa ipsam, et ad illam tunc temporis vergunt omnes mentis suae et cordis facultates (1). »

Haec omnia optime dicta. Quod autem faciunt devoti erga SS. Cor Jesu circa ipsam personam Christi, Ejus Cor per quamdam abstractionem specialiter considerantes, id agunt etiam devoti erga Cor Jesu Eucharisticum circa ipsum SS. Cor Jesu. Inter omnia bona quae ex hoc divino Corde effluxerunt, per quamdam abstractionem speciatim recolunt et venerantur stupendum Eucharistiae donum quod ex suprema Christi dilectione

(1) « Outre cet objet final commun à toutes (id est persona Christi, vere et simul Dei et hominis), ait doctus Pater, les diverses dévotions qui s'adressent à Notre-Seigneur se distinguent les unes des autres par leur terme prochain et immédiat. Toutes ont un objet propre, qui leur assigne leur caractère spécial; c'est ce dernier objet, qui fait que tout en s'acheminant au rendez-vous universel, Jésus-Christ, chacune y marche à sa manière et s'y dirige à son pas, dans la voie particulière qui lui convient. Veut-on savoir ce qui imprime à chacune de ces dévotions son cachet spécial, ce qui constitue son individualité propre, pour ainsi dire? C'est qu'elle envisage Jésus-Christ à son point de vue et sous un rapport déterminé, qui est l'occasion et forme le motif de la dévotion. Ce rapport particulier est un mystère de Jésus-Christ, c'est-à-dire quelque circonstance empruntée à sa vie mortelle ou à sa vie glorieuse. La fête de Noël, par exemple, celle de Pâques, celle de l'Ascension, ont pour objet final Jésus-Christ et pour objet propre Jésus-Christ considéré dans les mystères de sa naissance, de sa résurrection, de son entrée triomphale au ciel, ainsi des autres. En célébrant ces diverses solennités, les fidèles se gardent bien de séparer violemment de l'ensemble des mystères de Jésus-Christ la circonstance particulière, qui excite alors leur ferveur; mais sans exclure le reste, ils en font abstraction, ils passent outre sans le remarquer, ils s'attachent plus volontiers à la circonstance qui les frappe, ils s'occupent uniquement d'elle, ils concentrent momentanément sur elle toutes les puissances de leur esprit et de leur cœur (Franciosi, *La Dévotion au S. Cœur*, ch. I, p. 9). »

procedit. Licet ergo nostra devotio habeat objectum finale commune cum devotione erga SS. Cor Jesu, gaudet etiam objecto particulari et proprio, quo nititur ut speciali fundamento, et a devotione erga SS. Cor Jesu, sufficienter licet non substantialiter distinguitur.

« Hic nexus intimus inter SS. Cor Jesu et SS. Eucharistiae institutionem, scribit D. D. Jansens, O. S. B., peperit devotionem erga Cor Eucharisticum Jesu... « Si per Cor Eucharisticum intelligis ex una parte amorem quo Jesus hoc Sacramentum instituit, ex altera vitam SS. Cordis in ipso Sacramento quippe in quo se sistit Patri, pro nobis interpellat, et nobiscum commoratur, haec devotio sane est fundatissima aptaque valde quae fideles cum Jesu Corde in Missa et in Tabernaculo conjungat (1). »

Licet ergo per modum conclusionis haec adjungere verba quae perdiserte habebat Em. Cardinalis Lecot, Archiep. Burdigalensis, in oratione habita ad S. Joachim (Augusto 1906) : « Spectate Cor Jesu, Cor illud ignitum, Cor illud omnino ac semper plenum amore cum mirandum operetur actum quem homines aestimant stultum, homines fide expertes et amore nec non et virtute. Legite in hoc divino Corde, et quo altiùs penetraveritis eo majorem invenietis amorem; ad imum vero pectoris secessum pervenientes, hos amores excessus invenietis quibus nos Eucharistiam debemus; hoc idem honoratis et celebratis ea erga Cor Jesu Eucharisticum devotione, videlicet Cor Jesu jamjam paratum ad Eucharistiam mundo concedendam summumque illud amoris sui argumentum

(1). Jansens, *Summa Theologica*, t. V, appendix III, nota p. 818. Aliam afferemus rationem, et quidem magni momenti, cum agemus de convenientia specialis cultus erga Cor Jesu Eucharisticum. Cfr. caput IX.

consummans; en hujus devotionis speciale objectum (1). »

(1) « Contemplez le Cœur de Jésus, ce Cœur rempli de flammes, ce Cœur débordant d'amour au moment où il réalise la grande merveille que les hommes trouvent insensée, les hommes qui n'ont pas la foi, pas de cœur, pas de vertu. Lisez dans ce Cœur divin, et pénétrant plus avant, vous y trouverez plus d'amour; et allant jusqu'au fond, vous y trouverez ces excès d'amour qui nous ont valu l'Eucharistie; c'est cela que vous acclamez dans la dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus; le Cœur de Jésus se préparant à donner l'Eucharistie au monde, et réalisant cette marque suprême d'amour; voilà l'objet particulier de cette dévotion. » (*Actus Congressus Eucharistici Romae habiti*, 1905, p. 129.)

CAPUT III

De relatione inter devotionem erga SS. Sacramentum et devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum.

Perspicum est intimam esse relationem inter devotionem erga SS. Sacramentum et devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum : utriusque enim idem est objectum : Jesus Christus scilicet praesens ac vivens in Eucharistia. Satis manifesta tamen inter utramque viget distinctio : nam, licet utrobique idem sit objectum, non consideratur eodem modo nec sub eodem respectu.

Idem sapienter jam notavit P. de Gallifet, S. J., relate ad devotionem erga SS. Cor Jesu : « Haec quidem (devotio erga SS. Cor), ait pius auctor, sibi proponit tantummodo Cor adorandum Jesu Christi, sine ulla relatione cum sacratissimo ejus corpore; illa vero (devotio erga SS. Sacramentum) objectum habet Corpus Jesu Christi integrum sub speciebus sacramentalibus quin respiciat speciali modo ad Cor ejus (1.) »

« In almo Sanctae Eucharistiae Sacramento, ait Tridentinum (Sess. XIII, c. 1, p. 121), post panis et vini

(1) « L'une (devotio erga SS. Cor), ait pius auctor, se propose uniquement le Cœur adorable de Jésus-Christ, sans aucune relation avec son corps sacré; et l'autre (devotio erga SS. Sacramentum) a pour objet le corps entier de Jésus-Christ sous les espèces sacramentelles sans aucun rapport spécial à son Cœur. *(De l'Excellence de la dévotion au S. Cœur,* l. I, ch. v, p. 63. — Tanquerey, *Theol. Specialis,* t. I, p. 581. — Nilles, *De rationibus Festorum cordis Jesu et Mariae,* t. I, p. 342.)

consecrationem, Dominum nostrum Jesum Christum, verum Deum atque hominem, vere, realiter ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilium contineri. » — A S. Alphonso Eucharistia sic definitur : « Sacramentum corporis et sanguinis Christi sub speciebus panis et vini ad spiritualem animae refectionem divinitus institutum (1). » Devotionis igitur erga SS. Eucharistiam objectum est Christus vere, realiter, substantialiter, personaliter praesens, cujus corpus et sanguis adorantur et glorificantur sub speciebus panis et vini.

Devotione vero erga Cor Jesu Eucharisticum pie colitur ac honoratur amor ille quo Christus nos dilexit, quum SS. Eucharistiam instituerit. Hujus objectum est quasi ratio philosophica et supernaturalis Eucharistiae (2). Cur enim voluit Christus manere nobiscum, delicias suas invenire cum filiis hominum, se tradere ut cibum pro animabus nostris? Nonne propter suum in nos amorem? Nonne quia *in finem dilexit nos?* (3).

In priore devotione realem Christi praesentiam adoramus

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui;

in secunda, causam hujus divinae praesentiae, sic dicendo :

Tantam ergo caritatem
Veneremur cernui.

Utriusque devotionis relationes et objectum optime exposuit RR^mus^ Pater Mathias Raus, Congregationis SS^mi^ Redemptoris Superior generalis, in litteris circularibus ad suam Congregationem missis die 6^a^ Januarii 1906. « Innumera sane, inquit ille, beneficia sunt, quae

(1) *Theologia Moralis*, l. VI, n° 189.
(2) *Apôtre du Foyer*, 1906, p. 147.
(3) Joan., XIII, 1.

Dei Filius, factus homo, hominibus contulit; quibus se nascens dedit socium, convescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in patriam. Haec tamen omnia unum in se colligit et quodammodo exsuperat donum Eucharistiae. Nam si Christus per Incarnationem socius fieri dignatus est peregrinationis nostrae, idipsum ut sapienter advertit. S. P. N. Alphonsus, ampliori quadam et suaviori ratione praestat in Altaris Sacramento. Ibi enim praesens est, non intra arctos tantum Judaeae fines, sed in orbe, qua late patet, universo. Ibi non in templo duntaxat Hierosolymitano vel in paucis synagogis conspicitur, sed in singulis habitat templis ac sacellis, ubi ei Tabernaculum paratur; neque ibi brevi annorum spatio, sed usque ad consummationem saeculi perseverat, unumquemque nostrum qualibet diei noctisve hora peramanter expectans, advocans, excipiens. Ibidem praeterea, velut olim in Calvario, fit assidue redemptio nostra, dum quotidie, millenis super altaribus, cruentum Crucis sacrificium incruenta renovat ratione. Hic tandem, cibus factus animarum, semen nobis immortalitatis inserit pignusque tradit futurae gloriae, gaudia interim caelestia praegustanda ministrans. Jure igitur Eucharistia divinorum munerum summa cumulusque praedicatur; jure, ut scribit S. Thomas, miraculorum dicitur maximum, jure, ut Propheta exclamat, mirabilium, quae fecit misericors et miserator Dominus (Ps. CX, 4) memoria cantatur indeficiens.

« Verum in hoc praestantissimo Eucharistiae beneficio, praeter opes inaestimabiles nobis donatas, considerandа est intima donorum causa ac ratio, caritas videlicet Christi, quae omnem vincit intellectum. In donis enim quae fiunt ab amicis, amor rationem habet primi ac praecipui doni; amorque ille plus ipsa re donata, mutuum reposcit et excitat amorem. Quanta

autem caritatis flamma in Corde Jesu, Eucharistiam instituentis, exarserit, verba demonstrant ignita, in quae Christus tum erupit : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum* (Luc., XXII, 15)..... *et quomodo coarctor usquedum perficiatur* (Luc., XII, 50). Idque omnium felicius persensit Apostolus Joannes, cui datum est in caput Jesu reclinare, hincque eos ebibere sacrae caritatis aestus, quibus postea tam mirabiliter inferbuit.

« Jam vero dum Cor Jesu Eucharisticum cultu nostro prosequimur, ipsissimam Christi, Eucharistiae auctoris, supereminentem recolimus dilectionem, quae dilectio devotionis illius formale, ut aiunt, objectum est (1). »

Ex his patet quam intimae sint relationes inter devotionem erga SS. Sacramentum et devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum. Quae ceterum satis superque stabiliuuntur historia revelationum SS. Cordis Jesu Sanctae Margaritae-Mariae Alacoque, et actibus quos illud divinum Cor determinavit et postulavit. Quum enim coram Tabernaculo sui ipsius visione beatam hanc sponsam recreavit (2), tum dolere maxime de injuriis quas in Sacramento amoris sui ab ingratis hominibus recipit. In sacra Communione, Sanctae Margaritae amoris sui consilia revelare, nec non et arcana Cordis sui. Ab illa postulare ut instituatur quotannis aliquod festum in honorem SS^mi Cordis sui, et hoc praesertim in testimonium gratitudinis pro maximo dono adorabilis Eucharistiae ; petere, tanquam praecipuum obsequium, sacram communionem in prima

(1) Cfr. *Revue de l'Adoration Réparatrice*, 1906, p. 33.

(2) Revelationes et gratiae S. Mariae-Margaritae conceduntur praecipue coram SS. Sacramento. Cfr. *Vie et Œuvres* (édit. Gauthey), t. II, pp. 69, 71, 102, 105, 135, 146, 165, 166, 172, 304, 405.

feria sexta cujusvis mensis peragendam, et quidem communionem reparatricem pro injuriis SS. Sacramento illatis. Ipse Jesus tandem, quadam die alloquens Sanctam Margaritam-Mariam, aiebat : « Ardenter sitio ab hominibus honorari in SS. Sacramento, et fere neminem invenio qui conetur ex voluntate mea hanc sitim sedare aliquo modo me rependendo (1). »

Ex quo illud sine dubio consequitur Jesum Christum vehementer esse cupidum ut SS. Cor suum veneretur praecipue tanquam fons inexhaustus ex quo profluit Eucharistia, donum donorum, sicut exclamat S. Alphonsus : « O amantissimum Cor mei Jesu, unde profluxerunt omnia Sacramenta et praesertim hoc amoris Sacramentum (2). »

Et sicut cultus Cordis Eucharistici, nedum adversetur cultui SS. Cordis Jesu, sed e contra illum determinat modo particulari et admirabili; sic dignius honorat SS. Eucharistiam in suo proprio fonte (3), in suo principio quod non est aliud quam Cor Jesu infinito amore succensum. Nihil enim videtur nobis magis exaltare donum eucharisticum quam quum cogitamus illud ipsum esse donum amoris SS. Cordis Jesu; auget

(1) « J'ai une soif ardente d'être honoré des hommes dans le S. Sacrement, et je ne trouve presque personne qui s'efforce, selon mon désir, de me désaltérer, usant envers moi de quelque retour. » (*Vie et Œuvres de la B. Marguerite-Marie* t. I p. 244, manchette 256, Vie par les Contemporaines).

(2) Visitatio 25 ad SS. Sacramentum. *Manuale Pii Sacerdotis*, p. 330. Cfr. etiam Leroy, *De SS. Corde Jesu ejusque cultu*, p. 64, n° 63.

(3) « Puisque le grand fleuve de l'Eucharistie, qui arrose l'Église entière, a pour source le Cœur de Jésus, comment les âmes les plus dévotes n'honoreraient-elles pas particulièrement cette source sacrée ? N'a-t-on pas vu plusieurs fois les peuples honorer la source des fleuves, qui enrichissent leurs provinces, y élever même un monument, comme la France a fait de nos jours aux sources de la Seine. Quel est le fleuve qui porte partout sa source avec lui ? Il n'en est qu'un seul, le fleuve eucharistique, qui porte où il passe la source d'où il vient, le Cœur de Jésus ? » (Blot, *Le Cœur Eucharistique*, t. I, p. 35.)

quippe cujusdam muneris pretium ipsa donantis intentio ; amor enim, ait S. Thomas, habet rationem primi doni (1). Imo per hunc cultum perfecte et intime unitur utraque devotio, ut eloquenter dicebat Em. Cardinalis Lecot in Congressu Eucharistico Rhemensi (1894) : « A quibusdam dictum est sodalitates SS. Cordis Jesu multo plures fieri coepisse, et quidem haud sine detrimento earum quae SS. Sacramentum speciatim colunt. Attamen nulla potest interesse repugnantia nullumve aemulationis certamen quippe cum ad eumdem Jesum Christum ducant utraeque. Devotionem vero erga Cor Eucharisticum nonne dicemus optimum conciliandi medium eas duas erga SS. Sacramentum et Cor Jesu Sacratissimum propensiones (2)? »

Ephemeris cui titulus : *Le Messager du Sacré-Cœur,* a Patribus Societatis Jesu evulgata, haec etiam habebat : « Hoc jam valde diffamatum nomen « Cor Jesu Eucharisticum », terminus est omnino simplex citiùsque intelligendus relationis quae inter utramque devotionem existit (3).

Concludamus igitur omnia quae hucusque dicta sunt his verbis : RR^mi^ P. Lepidi : « Praefatae tres devotiones, quamvis singulae amorem Jesu Christi recolant, tamen non eodem modo. Recolunt quippe amorem Domini ut *datum* in Eucharistia ; ut *dantem in generali*, relate ad omnia beneficia, in cultu SS. Cordis ; in cultu demum Cordis Eucharistici recolunt

(1) *Summa Theologica,* P. I, q. 38, art. 2, t. I, p. 154.

(2) On a dit parfois que les Confréries du Sacré-Cœur se multipliaient au détriment de celles du T. S. Sacrement. Il ne saurait y avoir opposition ou rivalité, puisque les unes et les autres conduisent à Jésus-Christ. Le moyen de concilier le double attrait envers le T. S. Sacrement et envers le Sacré-Cœur n'est-il pas la dévotion au Cœur Eucharistique ? (*Actes du Congrès de Reims*, p. 110.)

(3) Ce titre déjà fort répandu du *Cœur Eucharistique* est l'expression simple et immédiatement saisissable de la relation qui existe entre les deux dévotions (*Le Messager du S. Cœur*, février 1909).

amorem Jesu Christi ut *dantem in particulari* (1) quia scilicet instituere voluit Eucharistiam, ut daret semetipsum nobis, et maneret nobiscum atque seipsum immolaret : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum* (2). »

(2) In sua relatione in Congressu Pictaviensi (1911), D. Gerbier sic definiebat devotionem erga SS. Cor Eucharisticum : « La dévotion à l'amour qui institue et qui donne l'Eucharistie » (*Actes du Congrès*, p. 191).

(1) Lepidi, *De Cultu Cordis Jesu Eucharistici*, p. 11. Ita, et quidem optime loquitur DD. Leroy : « Quae dicta sunt de relationibus SS. C. J. ad mysteria Redemptionis valent etiam quoad mysterium SS. Eucharistiae; imo ad hoc mysterium peculiari ratione spectant; de quo pauca supersunt nobis addenda.

« Mysterium Eucharistiae ex supremo amoris Christi conatu originem duxit, juxta verba quibus S. Joannes institutionem SS. Sacramenti a caeteris Evangelistis narratam innuit (Joan. XIII, 1) cum dilexisset suos (Cfr. Patrizzi in Joan.). In illo mysterio, tanquam in summo amoris effectu, maxima est ejusdem caritatis manifestatio, secundum verba Tridentini (S. XIII, 2), Salvator Sacramentum instituit in quo divitias divini amoris effudit... Postremo, in Eucharistia SS. Cor Jesu realiter praesens est, et Christus adest ibi praecise ut amantissimus; amantissimus ut manens in medio nostri; cujus deliciae esse cum filiis hominum (Prov., VIII, 31); amantissimus ut offerens semetipsum in sacrificium perenne; amantissimus ut nutriens dilectos suos in sacra Communione; adeoque Cor Jesu specialiter praesens est in Eucharistia, et praesentia corporis Christi et Christi totius in hoc mysterio, merito Cor prae caeteris partibus humanitati Christi ibi praesens attenditur ». (Leroy, *De SS. Corde Jesu ejusque cultu*, p. 64, n° 63, Liége, 1882.)

CAPUT IV

De fundamento evangelico devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum.

Maxime inter alias commendabilis est illa devotio quae fundamentum suum habet in ipso Evangelio, et innititur sacris ipsius Christi verbis. Hujusmodi vero est devotio erga Cor Jesu Eucharisticum.

Duo praesertim reperiuntur apud Evangelistas textus qui fundamentum nostrae devotionis juxta SS. Patres et Doctores satis clare exprimere videntur.

A. Primus apud *Lucam* sic enuntiatur : « *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum* (XXII, 15). »

« Vulnerati cordis, et flagrantissimae caritatis est vox haec », ait S. Laurentius Justinianus (1). Amici enim desiderant semper esse simul, nunquam separari, unum et idem efformare : *cor unum et anima una* (2). Et ideo Christus Jesus, pro immenso suo in nos amore, alto in animo habuit Eucharistiam instituere, ut posset se dare nobis in cibum, et esse nobiscum usque ad consummationem saeculi, quod amanter expressit per verba supra relata. »

Expedit plures et quidem magni nominis S. Scripturae interpretes audire super illo supra citato textu,

(1) *De Triumphali Christi agone*, c. II, t. I, p. 341.
(2) Act., IV, 32.

quo melius probetur haec verba apte referri ad amorem Christi SS. Eucharistiae institutionem inhiantis.

Sic loquitur *Dyonisius Carthusianus* (in Luc., XXII, 15) : « Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum. Hoc equidem Christus ardentissime affectavit... propter institutionem sacramenti novae Legis... Hoc enim superdignissimum Sacramentum instituere Christus summe et ineffabiliter concupivit ad Dei Patris aeternum honorem et gloriam et ad maximam fidelium utilitatem, quemadmodum inaestimabilem dilectionem habuit ad Patrem et ad nos (1). »

Sic etiam *Ysambert* : « Christum autem dicere se desiderasse manducare hoc Pascha, non praecise quia erat Pascha, sed quia erat ultimum quod erat comesturus et in quo erat institurus Eucharistiae Sacramentum, ad eum fere modum quo homines magno cum affectu aliquid desiderantes solent vocare diem quo desiderium eorum expletur *desideratissimum*, non praecise propter diem, sed propter bonum quod tali die illis contingit (2). »

Haud aliter sese exprimit *Natalis Alexander* (in Luc., XXII, 15) : « Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar : ardentissime desideravi hanc ultimam caenam Paschalem vobiscum peragere, in qua singularia et eximia amoris mei in vobis exhibiturus sum argumenta et magna mysteria traditurus antequam patiar (3). »

« Ad hoc Pascha, ad sacram corporis et sanguinis Christi communionem, ferventissimo charitatis desiderio nos praeparare debemus, ut Christi Jesu Salvatoris nostri respondeamus amori, seipsum nobis

(1) *Opera* Dyonisii Carthusiani, t. XII, p. 209.
(2) Ysambert, *Opera*, t. II, quest. LXXIII. Disp. V, art. III, p. 352 VII.
(3) Natalis Alexander, *Expositio litteralis et moralis S. Evangelii*, p. 1163.

intime communicare et unire volentis, nosque sibi commiscere et unum cum ipso efficere corpus ardentissime desiderantis. Et ait illis : Desiderio desideravi... Hinc Eucharistia ab antiquis *desiderata* vocabatur (1). »

Audiamus *Salmeron*, S. J. : « Videntur haec verba Domini dicta post esum agni Paschalis, et ante lotionem pedum,et Eucharistiae institutionem; et per ea intensum suum affectum ad meritorum suorum opes, et beneficiorum divitias communicandas significat. Nam vetus illud Pascha propter se minime desideravit, sed ob id quod esset ultimum convivium, in quo, veteri abrogato, erat nobis antitypa donaturus : desiderabat implere figuras de agno manducando, eo modo quo sol implet colores; et ut impleret promissa de pane dando, qui esset ejus caro, et ostendere voluit admirabilem suam humilitatem in lotione pedum apostolicorum, et insignem charitatem in Eucharistiae mysterio instituendo (2). »

Tandem inter modernos, sic loquitur *Knabenbauer*, S. J., cujus scripturales explanationes plurimum habent auctoritatis : « Desiderio desideravi..... Potissima vehementis desiderii ratio assignanda erit haec : coena paschali typica expleta, maximum illud ac stupendum amoris sui documentum nobis dare animo gestiebat, sacram scilicet Eucharistiam; desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum eo quod magna mysteria in hac vobis coena sim traditurus » (Theoph. Cat. Cr. Bon. Alb. Cai. Jans. Calm. Bisp. Schegg. Reischl, Schanz, Fil.); « nec aliam conveniebat esse caenam novissimam in qua sacramentum corporis et sanguinis sui Dominus instituere quam paschalem

(1) N. Alexander, *Expositio S. Evangelii*, p. 1171.
(2) Salmeron, *Commentarii*, t. IX, Tract. III : *De esse agni paschalis a Christo*, p. 19.

coenam, ut typo conjungeret veritatem, typico agno verum agnum, et per veritatem typo succedentem vetus aboleret pascha novae redemptionis novum instituens memoriale (1). »

Quae omnia verba abunde probant, juxta ipsius *S. Alphonsi* verba, Christum per totam suam vitam ex toto Corde suo Eucharistico « ardenter exspectasse horam hanc qua divinam Eucharistiam esset instituturus, ut posset unionem consummare perfectam cum iis dilectis animabus pro quibus mox sanguinem suum et vitam suam esset traditurus; ideoque dixit discipulis suis : desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, satis per hoc ostendens suum impatiens desiderium sese uniendi nobiscum in hoc amoris sacramento (2) ».

B. Alter Evangelii textus nostrae favens devotioni ille est Joannicus : « *Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos* (Joan., XIII, 1). »

En praecipuus quidem textus quo solidissimum devotioni nostrae praestatur fundamentum. Ipsum vero jure ac merito ad Cor Jesu Eucharisticum referri, seu, ut verbis utar Leonis XIII ad hunc « supremae dilectionis actum, quo Redemptor noster, omnes Cordis sui divitias effundens,... adorabile instituit Eucharistiae Sacramentum (3) » ; aliis verbis : haec verba intelligenda esse de Eucharistia et de excessu dilectionis Christi illam instituentis, res est manifesta et ex ipsa narratione evangelica constat. « Jesus transiturus ex hoc mundo, ait Cornelius a Lapide (4), cum in mundo, id est in tot tantisque mundi aerumnis, periculis, persecutionibus, post se relicturus

(1) Knabenbauer, *Evangelium secundum Lucam*, p. 570.
(2) S. Alphonsus. Octava, *Octava SS. Sacram. Med. VI. Œuvres ascétiques*, t. VI, p. 234.
(3) *Acta Leonis*, t. XXII, p. 307.
(4) Cornelius a Lapide, *In Joan*, cap. XIII, t. XVI, p. 522.

esset apostolos filios suos dilectissimos ; hinc eorum misertus, antequam abiret, summam in eos dilectionem ostendit, ac summum contra omnes mundi tribulationes remedium dedit, nimirum Eucharistiam, ut in ea ipse praesens illis semper adesset eosque contra omnia adversa muniret et roboraret. »

Quae interpretatio eruitur e plurimis SS. Patrum dictis, necnon et ex Scriptorum Ecclesiasticorum operibus, uti perfacile stabiliri potest.

In finem dilexit eos, ait Evangelium. Hoc verbum triplici modo intelligitur.

Primo, in finem vitae, id est usque ad mortem; in ultimo enim die vitae suae mortalis, Christus, qui per totam vitam suam dilexerat suos qui erant in mundo, tunc, in hac ultima hora, perfectum in illos amorem evidentissimis indiciis et pretiosissimo pignore ostendit, institutione scilicet Sacramenti corporis et sanguinis sui (de quo alii Evangelistae) et ablutione pedum eorum, quae praeparatio fuit ad hoc mysterium (1).

Secundo, in finem dilexit eos, id est semper, seu sine fine, quia, Eucharistiam instituendo, sublime revera medium invenit nobiscum usque ad saeculi consummationem permanendi, et sic ponendi ante oculos nostros perpetuum supremae suae dilectionis qua, usque ad finem mundi, voluit nobis permanere comes exilii in SS. altaris Sacramento (2).

Tertio (et haec est interpretatio quae praesertim tendit ad nostrum propositum), in finem dilexit eos, in finem scilicet amoris et dilectionis, quasi dicat : extremo amore, et summe dilexit eos : ut graecum τέλος, id est finis, ponitur pro τελείωσίς, id est perfectio. Rem

(1) Cfr. S. Augustinus, *P.L.*, XXXV, col. 1785. — Rupertus, *P. L.*, CLXIX, col. 677. — S. Thomas, *Com. in Joan.*, cap. XIII, t. X, p. 526 — Natalis Alexander, *Expositio S^ti Evangelii*, cap. XIII, p. 1374.

(2) Cfr. S. Augustinus, *P.L.*, XXXV, col. 1785. — S. Joan. Chrysostomus, *P.G.*, LIX, col. 382. — Corn. a Lapide, t. XVI, p. 522.

ita explanant S. Chrysostomus (1), Theophylactus (2). Accedit Euthymius (3) qui « in finem » exponit vehementer. Τέλος enim rei finis, ultimum, extremum et summum, summa perfectio, exitus consummatio, apex et culmen quasi diceret : Christus hactenus valde dilexit discipulos suos, sed jam ab eis abiturus et transiturus ad Patrem, perfectissimum amorem eis ostendit... Eucharistiam instituendo (4).

Quas interpretationes invenire est apud multos Doctores. Satis sit unum alterumve referre.

S. Joannes Chrysostomus ait : « Quid significat illud : In finem dilexit eos? Id est amare perseveravit, ac ferventis amoris signum hoc esse dicit : Atqui aliud alibi dixerat, animam suam se ponere pro amicis suis. Sed nondum hoc acciderat. Cur autem hoc nunc fecit? Quia id longe mirabilius erat, quando tam conspicuus apud omnes esse videbatur, nec parvam consolationem [abscessurus. Quia enim in maerore vehementi futuri erant, parem illis consolationem inducit (5) ».

(1) *P.G.*, LIX, col. 382.

(2) *Enarr. in Ev. Joan.*, cap. XIII. *PG.*, Series posterior LXIII, Col. 93.

(3) *Com. in Joan.*. c. XIII. *P.G.*, Series Posterior LXVI, col. 636.

(4) Corn. a Lapide, t. XVI, p. 522.

Eamdem doctrinam reperimus in Sermone aliquo Doctoris Biroat (*La Vie de J.-C. dans le Saint Sacrement de l'Autel.* 4e Discours : Vie d'amour du Sauveur, p. 165. « *In finem*, il les a aimés jusqu'à la fin de sa vie, sans que les alarmes de sa mort, ni les violences de ses supplices qu'il avait présentes à son esprit et qu'il sentait par avance, aient pu diminuer son amitié, ni l'empêcher de leur en donner un témoignage en instituant la Sainte Eucharistie. 2. *In finem*, il les a aimés même au delà de sa vie, d'un amour victorieux de la mort. Car voyant que la mort allait lui ôter la vie naturelle qu'il avait reçue ponr notre salut et qu'il ne reprendrait plus que pour la porter dans le ciel, son amour a trouvé dans ce Sacrement le moyen de lui donner une seconde vie sur nos autels et au dedans de nous-mêmes. 3. *In finem*, il les a aimés d'un amour en quelque sorte infini et sans borne, n'ayant rien omis de ce que devait faire pour ses amis un Cœur qui aimait beaucoup. »

(5) *Hom. 70 in Joan. P.G.*, LIX, col. 382.

Salmeron scribit : « Primus Cyrilli sensus apertior, et magis ad manus est : Cum Dominus Jesus per totam vitam multa edidisset charitatis suae argumenta, in fine tamen vitae suae majus amoris erga nos signum pignusque declaravit. Eo etenim progressa est charitas ejus, ut pedes discipulorum suorum laverit, illis tradiderit corpus suum et sanguinem in cibum et potum ad alimentum... et quasi cycnus in fine majorem flammam erumpit (1). »

Ita etiam *Tolet*, S. J. : « Dicitur in finem dilexisse, quia amorem incoeptum semper continuavit; non enim dicitur in fine, sed in finem, id est usque in finem, ut amoris perpetuitas ostendatur. Attende quo miro artificio Joannes amorem Christi erga suos electos commendat. Amicorum hujus saeculi amor valde est imperfectus. Sero enim amare incipiunt, cito desinunt, parum amant... At Christus Dominus, etiam ut homo perfecte suos dilexit discipulos et electos... Multum et supra modum amavit; qui morte et passione saevissima et horribili, quando patres etiam filiorum obliviscuntur, imminente, quamque pro ipsis subibat, adhuc tenerrime amans, seipsum in cibum et sacrificium perpetuum dedit. Recte igitur dicitur... in finem dilexit eos (2). »

B. Albertus Magnus sic loquitur : « In finem dilexit eos, id est,... in finem doni dati ex dilectione. De fine autem doni dati ex dilectione est, quod dedit sui Corporis et Sanguinis Sacramentum. *Comedite, amici, et bibite, et inebriamini, charissimi* (Cant. V. 1). Sic ergo in finem dilexit eos (3). »

S. Thomas sermonem faciens de institutione Eucha-

(1). Salmeron, *Commentarii*, Tract. V. *De solemnitate Paschae*, t. IX, p. 35.
(2) *Commentarii in Joan.*, c. XIII, t. II, p. 19.
(3) *In Evang. Joan.*, c. XIII, t. XI, p. 237.

ristiae ex summo Christi amore, haec habet : « Unde ut arctius charitatis hujus immensitas fidelium cordibus infigeretur, in ultima coena quando pascha cum discipulis celebrato, transiturus erat de hoc mundo ad Patrem, hoc Sacramentum instituit tanquam passionis suae memoriale perenne, figurarum veterum impletivum, miraculorum ab ipso factorum maximum, et de sua contristatis absentia solatium singulare(1). »

S. Pius V dicit : « Cum enim Dominus dilexisset suos in finem dilexit eos : cujus quidam amoris ut divinum aliquod atque admirabile pignus daret, sciens horam jam advenisse ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, ne ullo unquam tempore a suis abesset, inexplicabili consilio quod omnem naturae ordinem et conditionem superat, perfecit(2). »

Contenson sic se exprimit : « In finem, id est, ut exponit S. Thomas, usque ad ultimum finem amoris, ibi metas figens, nec ultra progredi valens. — In finem, id est modo qui est ultra omnem modum, quia, ut ait Chrysostomus (in cap. I, 3, Joan.), nihil omisit quod vehementem amorem decet(3). »

S. Alphonsus : « Antequam moreretur, inquit, Christus voluit nobis dare maximam quam potuit probationem dilectionis suae, et hoc fuit donum SS. Sacramenti(4). »

(1) Opusc. V. *Offic. de Festo Corp. Christi*, Tom. XV, p. 235.
(2) *Catechismus Tridentini Concilii*, cap. IV, § II, p. 160.
(3) *Opera*, lib. XI, Pars II, Diss. III, cap. I, Spec. II, p. 229.
(4) Tom. II, p. 404, *Opere ascetiche*. L'ottava del SS. Sagramento Med. IV. « Sapendo Gesù essere giunta l'ora della sua morte volle prima di morire lasciarci il contrassegno più grande che potea darci del suo affetto, e fu questo il dono del SS. Sagramento. » — Dans la dernière nuit de sa vie, notre très aimant Rédempteur sachant que le temps de mourir pour l'homme, temps après lequel il soupirait si ardemment, était enfin arrivé, *son Cœur* ne put consentir à nous abandonner seuls dans cette vallée de larmes : pour n'être pas séparé de nous, même par la mort, il voulut se laisser lui-même tout entier à nous en nourriture dans le Sacrement de l'autel, nous faisant entendre par là que, après ce don infini, il n'avait plus rien

Audiatur tandem *Knabenbauer*, S. J. : « Εἰς τέλος, id est, vehementiorem amorem iis exhibet (Chr. Theoph.), perfectissimam dilectionem exhibuit (Cyr. item. Ammon. in cat. Cr.), eodemque modo explicant de specimine eximio atque indicio amoris (Bon. Mald. Bar. Patr. Corl. Schz. Fil. Weiss). Sententia itaque haec est : ante diem festum Paschae, Jesus suis exhibuit insignem dilectionem. Dilectionem hanc eximio modo exhibitam non cernes in una solum lotione pedum, verum cum Bar. Corl. Fil. Weiss, in omnibus illis quae Jesus eo tempore egit et dixit, et praecipue praeter Eucharistiae institutionem in iis quae cap. 13-17 referuntur (1). »

Recte ergo ac merito concludi potest his Evangelii verbis : *in finem dilexit eos* (2) exaltari praecipue Christi dilectionem in Eucharistia instituenda, actum videlicet dilectionis illius supremae qua Christus in Sacramento Altaris nobis semetipsum reliquit et dedit usque ad consummationem saeculi. Et sic in ipso Evangelio invenitur solidum fundamentum nostrae devotionis.

Occasione verborum istorum, nobis in animo non est ut immoremur in demonstrando Eucharistiae institutionem esse revera maximum ac supremum dilectionis actum a Christo Deo editum. In hac institutione, uti ipsa declaravit Tridentina synodus « Christus divitias divini sui erga homines amoris velut effudit (3) ». Legatur eximium super hac materia opus a S. Alphonso scriptum cui titulus : *Praxis amoris erga Jesum Christum* (Introductio, § II) (4). Vix alium certe reperies

à nous donner pour nous prouver son amour ; *in finem dilexit eos*.

Œuvres complètes (Dujardin, 1876), 5e édition, tome V. — *Amour des âmes*, II, p. 44.

(1) Knabenbauer, *Evangelium secundum Joan.*, p. 400.

(2) Joan., XIII, 1.

(3) Sess. XIII, C. 2.

(4) *Opere ascetiche*, t. I, p. 754.

sanctum qui cum majori pietatis fervore de miraculo amoris Christi in SS. Sacramento sit locutus.

Nobis sufficiat, huic capitulo finem imponentes, verba referre praeclari illius scriptoris, DD. Baunard, qui nempe dictum joanneum « in finem dilexit » optime simul ac piissime est interpretatus(1). « Edoctus dogma

(1) « Ayant appris le dogme de l'Eucharistie à l'école du Maître, pour nous le redire ensuite, ayant connu aussi le bienfait de l'Eucharistie, S. Jean remonte à sa source ; et de même qu'il en avait résumé l'efficacité dans un seul mot : *la vie*, il nous en découvrit le principe fécond dans un autre mot : *l'amour*.

« Jean n'a pas été l'historien du Sacrement : il en a été le philosophe et le théologien. Le rit, les circonstances de son institution avaient été racontés avant lui. Mais en étant venu dans son récit à cette heure où *le Seigneur Jésus allait passer de ce monde à son Père*, en nous laissant ce grand gage, Jean rappela seulement que, ayant aimé les siens qui étaient dans le monde, Jésus-Christ les voulut aimer jusqu'à la fin. La Sainte Eucharistie était pour lui cette fin, c'est-à-dire, ainsi que l'explique S. Augustin, cet achèvement et ce terme absolu de l'amour. C'était, en effet, l'amour poussé aux limites extrêmes, tel que l'homme peut le rêver, mais tel qu'il ne peut être réalisé que par Dieu.

« C'était l'amour allant aux limites du temps par la perpétuité; car, au lieu qu'en ce monde tous les plus beaux nœuds se rompent, l'ami divin s'engageait à demeurer notre hôte jusqu'à la fin des siècles.

« C'était l'amour allant aux dernières extrémités de l'étendue comme à celles de la durée ; et au lieu que chez nous c'est l'infirmité de l'amour d'être prisonnier de l'espace, et de languir tristement de l'irrémédiable mal de la séparation, l'amour de Dieu avait trouvé le secret d'être partout, en personne, tout entier, se donnant à chacun des enfants dispersés de son immense famille.

« C'était l'amour vainqueur des barrières des corps, pénétrant et unissant les âmes ; et au lieu que nos alliances n'atteignent de l'être humain que ce qu'il a d'infime ; au lieu que les formules de langage qui représentent une vie confondue avec une autre vie, ne sont qu'une métaphore et une belle poésie, la communion avec Jésus était si réelle et si profonde qu'elle ressemblait à celle des trois Personnes divines ne faisant qu'un seul Dieu.

« Ainsi présence réelle, présence perpétuelle, communion, sacrifice, tout ce qui nous confond, tout ce qui nous ravit, tout ce qui étonne l'esprit, tout ce que le cœur appelle, trouve sa raison d'être dans le mot de S. Jean : « *In finem dilexit* » ; l'Eucharistie c'était l'infini dans l'amour.

« L'homme livré à lui-même était-il capable d'atteindre à cette doctrine? Même tout autre disciple que le Disciple aimé l'aurait-il recueillie aussi complète et vivante sur les lèvres de Dieu? Les Pères ne l'ont pu croire. Ils ont dit qu'une science si haute et si

Eucharisticum et quidem in ipsa Magistri schola, ut nos dein idem doceret, expertus pariter munus Eucharisticum, S. Joannes ad ipsum ejus fontem regreditur ; et sicut compendiose in uno verbo ejus efficacitatem expressit : « Vita », similiter ejus nobis foecundum pandit principium in altero : « Amor ».

« Non fuit Joannes Sacramenti historicus : ejus certe fuit philosophus theologusque. Ritus, circumstantiae illius institutionis alii ante ipsum tradiderunt. Ubi vero ejus narratio describendam suscipit hanc horam ut Dominus Jesus transeat ex hoc mundo ad Patrem, nobis simul relinquendo illud magnum pignus, Joannes memoravit tantum quod, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem diligere eos voluit Jesus Christus. SS. Eucharistia erat Ei finis ille, scilicet, ut explicat S. Augustinus, perfectio illa terminusque amoris omnino ultimus. Amor enim erat ille ad extremos limites tendens, qualis autem ab homine potest excogitari, qualis vero nequit perfici nisi a solo Deo.

« Amor erat ille perpetuitate sua limites complectens temporis; dum enim in hoc mundo jucundissimi cordi humano fortissimique nexus tandem rumpuntur, amicus ille divinus se ad perennem inter nos incolatum tanquam hospitem obligabat.

« Amor erat ille limites complectens spatii sicut et temporis; et dum apud nos ea est debilitas amoris ut loci maneat captivus clanguescatque tristis prae insanabili vulnere quod aperit discessus omnis, amor Dei detexerat modum nobis impervium ubique persistendi et quidem personalis et integer, et porrigens seipsum cuicumque filiorum suae innumerae familiae.

intime de la Divinité n'avait pu être puisée qu'à sa source même. Alors ils se sont rappelé la soirée mystérieuse où S. Jean avait reposé sur le sein de son Maître, et ils ont estimé que, si les grandes pensées viennent du cœur, *les pensées divines ne pouvaient venir que du cœur de Dieu.* »

« Amor erat ille qui novit fines vincere corporum, animos vero ingreditur et adunat; dumque unimur tantum iis quae sunt hominis infima et externa, dumque verba sermonis unius quae vitam denotant alterius vitae, commixtam, nonnisi metaphora sunt et carmina, communio cum Jesu ita vera est atque intima ut illi quam habent tres Personae divinae in unitate divinitatis similis esset.

« Sic praesentia realis ac perennis communio et sacrificium, quidquid mentem confundit et cor rapit, quidquid miratur spiritus et appetit anima, omnia haec suum habent principium in verbo Joannico : *In finem dilexit eos*. Eucharistia est το infinitum in dilectione.

« Poterat ne homo sibi soli relictus attingere talem doctrinam? An quivis alius discipulus ac ille quem diligebat Jesus, eam tam perfectam ac vividam collegissetne ex ore Dei? Hoc ipsi Patres non crediderunt. Tam alta scientia ac intima Divinitatis, ita dixerunt, in ipso suo fonte hausta est. Tunc etiam secum recordati sunt Coenam mysterii plenam in qua S. Joannes supra pectus Domini recubuit, et aestimaverunt altas cogitationes de corde exire, divinas vero nonnisi de divino Corde procedere (1). »

(1) *L'Apôtre Saint Jean*, cap. VI, p. 117. — Cfr. etiam : Lettre pastorale de Mgr Arlet pour le Carême de 1911 (*Revue de l'Arch. du Cœur Euch.*, 1911, p. 154).

N. B. In eodem S. Joannis Evangelio, invenitur et alius textus qui devotioni nostrae apprime convenire videtur. Sic sonat : « *Unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua* (Joan., XIX, 34). »

Nullum ex eo textu argumentum eruere nobis placuit, quia in eo directe agitur de latere, non vero de Corde Christi. Multi sunt tamen auctores qui docent hanc aquam symbolum esse baptismi, et sanguinem SS. Eucharistiae; ita ut dicere liceret Eucharistiam ex latere, seu ex Corde Christi effluxisse.

Satis erit quosdam doctores ac theologos de hac doctrina disserentes hic allegare.

S. Cyrillus Alexandrinus. Lancea latus ejus perfodiunt, unde cruor aqua mistus scaturiit, quod eulogiae mysticae et sancti baptismatis imago quaedam erat atque primitiae Christi enim est

vere et a Christo sanctum baptisma, et mysticae eulogiae vis ex sancta nobis carne prodiit (In Joan. lib. XII. *P. G.*, LXXIV, 678).

Theophylacius. Non simpliciter haec fiunt, sed quia Ecclesiae vita per duo ista et fit et consistit. Nam per aquam quidem generamur, per sanguinem autem et corpus pascimur. Cum igitur accedis ad calicem communionis sanguinis Christi, ita affectus sis quasi ex ipso latere bibas (In Joan. c. xx. *P. G.*, Series posterior. LXIII, 863).

S. Thomas. Et ideo haec duo (sanguis et aqua) specialiter pertinent ad duo sacramenta : aqua ad sacramentum baptismi, ad eucharistiam sanguis. Vel utrumque pertinet ad eucharistiam; quia in sacramento Eucharistiae miscetur aqua cum vino, quamvis aqua non sit de substantia sacramentali (In Joan. c. xix, lect. V, 4. t. X, p. 622).

Cornelius a Lapide. Aqua significat baptismum, qui est principium Ecclesiae et Sacramentorum caeterorum; sanguis vero repraesentat Eucharistiam, quae omnium sacramentorum finis est et complementum, ad quae duo quasi ad principium et finem, caetera Sacramenta omnia reducuntur (In Joan. t. XVI, p. 621). Idem dicunt *S. Alphonsus de Liguorio* (*Œuvres ascétiques*, T. V, p. 329. *La Passion de* J.-C., c. VII) et *Calmes*, O. P. (*L'Evangile de S. Jean.* Paris, 1904, p. 446).

Bucceroni. S. J. Sanguis significat Eucharistiam quae sacramentorum finis est et consummatio (*Commentarii de SS. Corde Jesu.* Romae, 1890, p. 79).

CAPUT V

De fundamento nostrae devotionis in Sacra Liturgia.

Alterum, et quidem solidum fundamentum devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum invenimus in Sacra Liturgia; quia, secundum effatum, *legem credendi lex statuat supplicandi* (1). Appellatio haec nullibi quidem reperiebatur, antequam haec devotio in cultum publicum introducta fuisset. Non desunt vero verba quae reipsa nostrae devotionis sensum clare indicant.

1. *Antiqua jam Liturgia* indicat substantiam hujus devotionis. Sacerdos enim, juxta quamdam liturgiam, sub S. Basilii nomine († 362) in ipso consecrationis momento, stupore ac gratitudine compulsus, hoc edebat verbum : « O amator hominum! (2) » Insuper in Breviario Syrorum, ad festum corporis Christi recitatur ista stropha, ex operibus S. Ephraem († 379) deprompta : « Quia suam Ecclesiam multum dilexit, non dedit ei mannam suae aemulae, sed panis vitae effectus est ut Ecclesia eum comederet (3). »

Quoad nostram vero liturgiam, tum Missalis, tum

(1) Célestin I, *Epistola XXI ad Episcopos Galliarum*, cap. XI. *P. L.*, l. 535.

(2) *Traditio Eucharistica*, T. I, p. 285.

(3) Hymni de Ecclesia et Virginitate. Hymn. 37. *Hymni et Sermones*. Edit. Lamy, T. IV, p. 623.

etiam divini Officii, plura hujus verba referre possumus quae nostro consilio valde collineant.

2. *In Missali*, hanc habemus Postcommunionem festo S. Pauli a Cruce assignatam : « Sumpsimus, Domine, divinum sacramentum, *immensae caritatis tuae memoriale perpetuum;* tribue quaesumus : ut Sancti Pauli meritis et imitatione, aquam de fontibus tuis hauriamus in vitam aeternam salientem (1). »

In oratione Secreta missae S. Camilli de Lellis legimus : « Hostia immaculata, qua illud Domini nostri *Jesu Christi immensae caritatis opus renovamus,* sancto Camillo intercedente, sit contra omnes corporis et animae infirmitates salutare remedium et in extremo agone solatium et tutela (2). »

Insuper, aliquam missam (Gaudeamus) pro festo sacratissimi Cordis Jesu anno 1692 approbavit atque anno 1694 inserendam decrevit *Missali Bisuntino* Antonius Petrus de Grammont, archiepiscopus Bisuntinus. « Quanquam, ait P. Nilles, S. J., ex prima sua origine spuria erat atque ex Missali Vesontino in alia quoque Missalia absque licentia Sedis Apostolicae transiit, successu temporis tamen ratihabitione Summi Pontificis pro aliquibus Ecclesiis necessariam confirmationem adepta est, uti colligitur ex « authentico testimonio D. Bartolini, S. R. C. secretarii d. d. 11 Aprilis 1866, quod videsis in ultima pagina editionis Ratisbonensis Missalis romani ejusdem anni 1866 (3). »

Porro in hac missa, sic legitur in Postcommunione : « Concede nobis, misericors Deus, ut pasti deliciis *sacramenti Cordis amantissimi Filii tui Domini nostri*

(1) Die 28 Aprilis.
(2) Die 18 Julii.
(3) Nilles, *De Rationibus Festorum Sanctissimi Cordis Jesu et Mariae.* Edit. 1869, p. 258. — Edit. 1885, T. I, p. 531.

Jesu Christi iis ita inebriemur, ut mortui saeculo tibi soli vivamus cum Unigenito Filio tuo, qui... (1). »

3. *In Breviario Romano*, in officio SS. Sacramenti, sic canit Ecclesia (Antiph. ad Magnificat, I Vesp.) : « O quam suavis est, Domine, spiritus tuus, qui, *ut dulcedinem tuam in filios demonstrares*, pane suavissimo de caelo praestito esurientes reples bonis, fastidiosos divites dimittens inanes. » Dulcedo autem de qua hic agitur, est dulcedo amoris SS. Cordis Jesu Eucharistici, qui, ut dulcedinem dilectionis suae in nos demonstraret, pane suavissimo et caelesti nos nutrire voluit. Apposite scribit S. Bernardus vel Auctor Coae-

(1) In Missalibus particularibus, diversae inveniuntur orationes quae ad sensum devotionis nostrae spectant. Ne autem textus operis nimis gravetur illas in notis remittimus.

In oratione Secreta Missae S^ae Barbarae in proprio dioeceseos Bredensis, legitur : « Hostia immaculata, qua illud Domini nostri *Jesu Christi immensae charitatis opus renovamus*, sancta Barbara intercedente, sit contra omnes corporis et animae infirmitates salutare remedium, et in extremo agone solatium et tutela. »

In Missali Parisiensi DD. Caroli Gaspar de Vintimille du Lac, promulgato anno millesimo septingentesimo trigesimo octavo (Paris, Simon, 1791) legitur :

In collecta Feriae V in coena Domini.

Deus cujus Unigenitus, cum dilexisset suos, in finem dilexit eos; da nobis *hodiernum charitatis ejus ita tractare mysterium*, et humilitatis exemplum sectari ut morienti pro peccatis nostris configi et resurgentem ad justificationem nostram consequi mereamur eumdem Dominum nostrum J. C. Filium tuum qui vivis... (p. 199).

In Praefatione de SS. Sacramento.

... In hoc igitur inscrutabilis sapientiae, et *immensae charitatis mysterio*, idipsum quod semel in cruce perfecit, non cessat mirabiliter operari, ipse offerens, ipse et oblatio... (p. 410).

In secreta missae votivae de SS. Sacramento.

Mundet corda nostra, Domine, praesentium donorum sanctificator spiritus tuus, ut *ad amoris tui sacramentum*, et ipsi puro amore flagrantes, accedamus. Per Christum... (p. LXXVII.)

In collecta missae votivae de Reparatione Injuriarum Christo illatarum in SS. Sacramento.

Gementes ac dolentes super cunctis abominationibus, quae fiunt in domo tua, propitius respice, Deus omnipotens; et pro contumeliis, quibus *in sacramento sui amoris* impetitur Dominus Jesus ipsum fac pro nobis esse apud te propitiationem. Per Christum... (p. XCII.)

vus : « Sed unde hoc nobis, piissime Jesu, ut nos vermiculi reptantes super faciem terrae, nos, inquam, qui pulvis et cinis sumus, te praesentem habere mereamur prae manibus, prae oculis, qui totus et integer sedes ad dexteram Patris...? Unde hoc inquam? Certe non ex debito, vel ex merito nostro, sed *ex voluntate tua et dulcedinis tuae beneplacito* (1). *Parasti enim in dulcedine tua pauperi, Deus* (2). »

Item, in *Breviario Cisterciensi* reformato (in festo Corporis Christi, antiph. ad Benedictus, in Laud.) sic legitur : « Benedictus sit Creator, et Redemptor fidelium, qui memor testamenti sui sancti, quo promiserat daturum se nobis, visitavit nos oriens ex alto; et in cruce moriturus pro nobis, *reliquit pignus amoris immensi*, donans nobis sui Corporis et Sanguinis pretiosissimum Sacramentum (3). »

4. In hymno *Verbum supernum* canitur :

Se nascens *dedit* socium.
Convescens *in edulium*.

Quae verba adeo clara sunt ut nos doceant Eucharistiam donum esse amoris cujus proprium est se dare. Etenim Christus, qui nos semper dilexit et pro nobis se tradidit, postquam in Incarnatione se dedit tanquam

(1) *Sermo de Excellentia SS. Sacramenti*, n. 3. *P. L.* CLXXXIV, 983.

(2) Ps. LXVII v. 11.

(3) DD. Morin, O. B., in Collatione *Revue bénédictine*, 1910, p. 240, contendit S. Thomam in Officio Cisterciensium typis mandato in anno 1484, Officium SS. Sacramenti partim hausisse. Hanc conclusionem eruit doctissimus auctor ex comparatione textuum; agnoscit tamen nullam haberi certitudinem quod Officium Cisterciensium, quale imprimitur, idem esse ac officium ante annum 1264 compositum, in quo anno Leodiensis Episcopus, Robertus de Torote, officium approbavit, quod nondum reperiri potuit. Animadvertendum tamen Cistercienses solos habere officium speciale SS. Sacramenti, in quo charitas Christi distincte notatur, dum S. Thomas fidem in hoc sacramento praesertim consideravit.

socium, et in Passione tanquam redemptionis pretium (*se moriens in pretium*), et antequam in gloria caelesti donet in praemium (*se regnans dat in proemium*), se dedit in Eucharistia velut cibum nostrae infirmitati destinatum, tanquam signum perpetuum supremae dilectionis qua nos in finem dilexit et usque ad finem diliget (1). « Ut suam erga nos caritatem ostenderet, inquit *Innocentius III*, et nostram erga se accenderet, qui dedit se pro nobis in pretium, ipse tribuit se nobis in cibum (2). » — Et *S. Thomas* : « Hoc competit caritati Christi, ex qua pro salute nostra corpus verum nostrae naturae assumpsit. Et quia maxime proprium amicitiae est convivere amicis, ut Philosophus dicit, IX *Ethic.*, c. XII, sui praesentiam nobis repromittit in proemium... Interim tamen nec sua praesentia corporali nos in hac peregrinatione destituit; sed per veritatem corporis et sanguinis sui nos sibi conjungit in hoc sacramento... Unde hoc sacramentum est maximae caritatis signum, et nostrae spei sublevamentum ex tam familiari conjunctione Christi ad nos (3). »

5. In hymno *Pange lingua* canitur etiam :

Cibum turbae duodenae
Se dat suis manibus.

Quando aliquis amans amato jam omnia dedit, reli-

(1) « Magnum est enim, ait S. Thomas (Opusc. 51. *De Sacr. Altaris*, cap. V, T. XVII, p. 141) dare se in socium peregrinationis, et in servum necessitatis; majus in pretium redemptionis : tamen tale donum adhuc est in aliqua separatione ab eo cui datur, sed cum datur in cibum, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodam unionem. Uniuntur enim in unitate corporis cibus et sumens. »

(2) *De Sacram. altaris Mysterio,* L. IV, cap. XLIV. *P. L.*, CCXVII, 884.

Cfr. etiam Kirfel, *Bericht über die Andacht zum Eucharistischen Hersen Jesu*, pp. 8-11.

(3) *Summa Theologica,* P. III, q. LXXV, art. I, T. IV, p. 343.

quum est ut donet seipsum, quidquid habet et quidquid est. Hoc vero fecit Jesus in Eucharistia.

Principalis enim effectus amoris, ait S. Thomas (1), est unio ; et ideo Christus Eucharistiam eo determinato fine instituit ut sese uniret et modo quidem quam maxime intimo cum animabus nostris. Jamjam se nobis dederat ut Magistrum, ut Exemplar, ut Victimam; supererat ultimus amoris gradus, quo se uniret, non tantum naturae humanae, sicut in Incarnatione, sed unicuique nostrum, quo nobiscum, unum quid fieret, sicut cibus fit unum cum sumente; ad quem gradum devenit Eucharistiam instituendo per quam « cibum turbae duodenae se dat suis manibus ».

Unde sapienter notat *S. Bernardinus Senensis* : « Ultimus gradus amoris est, cum Christus se dedit nobis in cibum; quia se dedit nobis ad omnimodam unionem et transformationem... sicut cibus et cibans invicem uniuntur : sic digne illum suscipiens in ipsum per amorem ardentissimum totaliter transformatur (2). » Et *S. Laurentius Justinianus :* « Voluisti ut tecum unum cor et unam animam haberemus (3). » Quod itidem declarat Christus in Evangelio : *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo* (4). Quae verba intelliguntur non de mere affectiva tantum sed de vera ac reali unione, « quemadmodum, inquit *S. Cyrillus Alexandrinus,* si quis ceram cerae conjunxerit, utique alteram in altera esse videbit : eodem quoque, opinor, modo, qui Salvatoris nostri carnem suscipit, et bibit ejus pretiosum sanguinem, ut ipse ait, unum quiddam cum eo repe-

(1) *Summa Theologica,* P. I-II^{ae}, q. XXVIII, art. 1. T. II, p. 103.
(2) *Opera S. Bernardi Senensis.* Sermo LIV, art 4, cap. I, T. II, p. 856.
(3) *De Incendio Divini Amoris,* cap. V. *Opera S. Laurentii,* T. II, p. 467.
(4) Joan., VI, 57.

ritur, commistus quodammodo et immistus ei per illam participationem, ita ut in Christo quidem ipse reperiatur, ut vicissim Christus in ipso (1). »

6. *In Officio SS. Cordis Jesu*, Ecclesia recolit in genere caritatem Christi per cor carnale tanquam per symbolum quoddam manifestatam. « Cor Jesu, charitatis victimam, inquit, venite adoremus. » Sed inter innumera quibus nos cumulavit beneficia, *propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos... ut ostenderet in saeculis supervenientibus abundantes divitias gratiae suae in bonitate super nos in Christo Jesu* (2), praeter passionem suam cruentam qua tradidit semetipsum pro nobis, Ecclesia redintegrat etiam illius caritatis memoriam qua Christus instituit Eucharistiam, et his quidem verbis : « Quam caritatem Christi patientis... atque in suae mortis commemorationem instituentis sacramentum corporis et sanguinis sui, ut fideles sub sanctissimi Cordis symbolo devotius ac ferventius recolant, ejusdemque fructus uberius percipiant (3). »

Quae omnia revera ad substantiam devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum referenda esse nemo sane est qui ambigat (4).

7. Liceat tandem hic commemorare notum illud verbulum : « *Pie Pelicane, Jesu Domine,* quo D. Thomas mirabiliter describit summum in nos Christi in SS. Sacramento amorem, in praeclaro suo hymno *Adoro te devote, latens Deitas.* »

Jamvero cuilibet litteris erudito notissimum est pium hoc et poeticum figmentum de Pelicano (5). Avis haec magna et alba, postquam rupinas, littora, necnon et

(1) *In Joan.*, Lib. IV, cap. II. *P. G.*, LXXIII, col. 583.
(2) Ephes., II IV, 7.
(3) *Breviarum Romanum.* Officium Cordis Jesu, lectio VI.
(4) Cfr. *Resp. S. Officii,* 3 avril 1915. *Acta S. Sedis,* 1915, p. 205.
(5) Cornelius a Lapide, *In Eccli.*, cap. IV, v. 12.

vastas maris undas frustra exploraverat, quin ullum pullis suis pabulum invenisset, tunc moesta ad suum redire nidum, pectusque dilacerare proprium, venasque aperire, ut eis carnem suam edendam ac sanguinem suum ebibendum offerat.

Quod praeclare pinxit quidam apud Gallos poeta (Alfred de Musset) :

Pelicanus longo volatu fessus, per nubila, occidente sole, nidum in arundineto vix repetiit, cum jam ad eum fame laborantes concurrunt in ripa pulli, devolantem in aquas ipsum procul conspicati (1)...

et longius addit :

Ex aperto pectore sanguis ei largiter fluit qui marinum frustra lustravit profundum. Cibo vacant aquae littusque desertum. Ideo cor suum proebet escam avis (2).

Qua in fictione, vidit Ecclesia sublime symbolum sacri illius convivii in quo Christus carnem et sanguinem suum dat cibum animabus nostris, quas majori dilectione prosequitur quam seipsum, quum pro eis tradiderit semetipsum (3).

(1) Lorsque le pélican, lassé d'un long voyage,
Dans les brouillards du soir revient à ses roseaux,
Ses petits affamés courent sur le rivage.
En le voyant de loin s'abattre sur les eaux...

(2) Le sang coule à grands flots de sa poitrine ouverte ;
En vain il a des mers fouillé la profondeur :
L'océan était vide et la plage déserte.
Pour toute nourriture il apporte son cœur.

Cfr. *Histoire de la Littérature Française*, par Godefroy, XIXe siècle. *Les Poètes*, T. II, p. 176.

(3) Post sumptam communionem, dum ad intima se collegisset, exhibuit se illi (Sanctae Gertrudi) Dominus in specie pelicani, sicut depingi solet rostro transfodiens cor suum, quod cum illa admirans diceret : « Quid mihi, Domine mi, per hanc similitudinem niteris persuadere? » Dominus respondit : « Ut consideres quam inestimabilibus amoris stimulis propulsus hoc tam praenobile donum porrigo, quod si incongruum non esset ad dicendum, post hoc donum magis eligerem mortuus remanere, quam hoc donum ab amante anima continere. Insuper etiam consideres, quam excellenti modo anima tua sumpto hoc dono vivificatur, in vitam aeternaliter permanentem :

Ac revera SS. Patres plurimi Christum vocant divinum Pelicanum, dum Ecclesia eum cum S. Thoma invocat : *Pie Pelicane*. Ideoque quo melius recolatur ac prae oculis nostris reponatur dilectio haec Christi, ars christiana saepe repraesentavit pelicanum, in specularibus ecclesiarum, in anaglyptis altarium, in januis tabernaculorum, in picturis artificum, in vexillis et capsulis, et in vasis sacris. Sicut enim pelicanus in arena, ita Christus in cruce sese immolavit et quidem sponte sua propria : *Nemo tollit eam* (vitam) *a me, sed ego pono eam a meipso* (1). In cruce, suum ipsius latus lancea militis aperiri voluit; in altari vero, ipse Cor suum Eucharisticum aperit flagrans amore nostri, et dicit : « *Accipite et manducate, hoc est corpus meum; accipite et bibite; hic est calix sanguinis mei.* » Vere tu es pius pelicanus, Jesu Domine!

Quae omnia satis abunde declarant Ecclesiam, dum adorat vel laudibus extollit SS. altaris Sacramentum, collaudare simul amorem qui Christum impulit ad illud instituendum, seu modo quidem implicito, non verbo sed sensu, SS. Cor Jesu Eucharisticum.

sicut pulliculus pelicani vivificatur ex sanguine cordis paterni (*S. Gertrudis Revelationes*. Legatus divinae pietatis, Lib. III, cap. XVIII, p. 155).

(1) Joan., x, 18.

CAPUT VI

De fundamento nostrae devotionis reperto in verbis recentiorum Summorum Pontificum.

Non agitur in hoc capite de verbis SS. Pontificum ad ipsum Cor Jesu Eucharisticum spectantibus. Uti videbitur in tertia parte hujus tractatus, Pius IX, Leo XIII, Pius X, Benedictus XV et Pius XI devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum pretiosis indulgentiis locupletaverunt, et in multis Brevibus abunde apparet quisnam sit erga illam S. Sedis animus.

In his ergo quae referentur verbis, agitur tantummodo de re suffundata qua nititur nostra devotio ; quia, licet in his nomen Cordis Eucharistici non proferatur quidem; Eucharistia tamen declaratur velut donum maximum effluens ex Corde seu ex amore Jesu Christi in homines : *in finem dilexit eos.*

Pius IX die 29 Aprilis 1872 scribebat Domino Blot (auctori libri alicujus *Le Cœur Eucharistique de Jésus*) : « Gratulamur tibi, dilecte fili, quod dum passim restinguitur caritas, fidelium animos ad ipsum caritatis fontem convertere contenderis, per opus tuum de *Sacratissimo Corde Jesu*, *in illo potissimum sacramento considerato*, *ubi divitias sui amoris effudisse videtur*... Operi tuo ominamur ex animo ut calescentia caritate corda vividius inflammet, et tepescentia admotis succendat igniculis (1). »

(1) Blot, *Le Cœur Eucharistique*, t. I, in initio libri.

Leo XIII, die 2 Octobris 1882 Breve dirigebat ad Ven. Archiepiscopum Avenionensem RR. D. Hasley, et in eo : « Cujusvis creatae mentis captum, scribebat, longissime profecto excedit... *infinita illa caritas*, qua Dei Filius saluti nostrae prospecturus, postquam semetipsum exinanivit formam servi accipiens, non modo vitam ducere voluit obscuram, inopem, laboriosam, asperam, nec solum, pro beneficiis affatim ubique profusis, odia subire, calumnias, insectationes, foedissimamque et acerbissimam mortem; sed etiam se ipsum nobis, usque ad consummationem saeculi dare socium, victimam, cibum. *Incomprehen sibilem itaque hunc amorem* dum rependi passim horrentes conspicimus... » — Et in alio loco : « Cum praecipuus operis finis sit Cor Jesu sanctissimum in SS. Eucharistiae sacramento venerari... (1) ».

Die 19 Martis 1897, ad Cardinalem Perraud (Orat.), Episcopum Augustodunensem scribebat : « Ibi etenim Christus, qui *in Sacramento augusto instituendo divitias caritatis suae veluti effuderat*, novo quodam uberiorique fonte has easdem divitias derivandas voluit, quum Cordis sui religionem manifestavit, indeque, agente maxime Beata Margarita Alacoque, in Ecclesiam universam dilatavit (2) ».

Die 28 Februarii 1898, in Brevi ad Cardinalem Goossens, Archiepiscopum Mechliniensem misso, aiebat : « Quo magis meditantur coluntque Sacramentum altaris, *illud amoris tam sublime pignus*, eo plures eosque ditiores percipiunt fructus vitae christianae salutares (3) ».

(1) *Actes du Congrès Eucharistique d'Avignon*, 1882, p. 13.

(2) *Actes du Congrès Eucharistique de Paray-le-Monial*, 1897, p. 11.

(3) Plus le Sacrement de l'autel, *ce gage si sublime de l'amour d'un Dieu*, est médité et honoré, plus aussi sont abondants les fruits de salut qu'on en retire pour la vie chrétienne. (*Actes du Congrès Eucharistique de Bruxelles*, 1888, p. 24.)

Et 5 Julii 1898, ad Episcopum Leodiensem :

« Recte vobis visum est, eucharisticum coetum Bruxellas indicere ad augendam ubique catholicorum pietatem erga *maximum illud divinae caritatis mysterium* (1). »

In litteris encyclicis : *Mirae caritatis* (28 Maii 1902) inveniuntur haec verba : « Christiano populo majorem in modum commendemus Sanctissimam Eucharistiam, quippe *donum divinissimum ex intimo plane Corde prolatum ejusdem Redemptoris*, desiderio desiderantis singularem hujusmodi cum hominibus conjunctionem, maximeque factum ad saluberrimos fructus redemptionis ejus delargiendos... (Eucharistia) ubi Christus adest ipse vivus, ubi *suo erga nos amori vel maxime indulget, divinaeque impulsus caritatis impetu* suum perpetuo sacrificium instaurat (2) ».

Pius X in suis litteris saepe saepius eamdem doctrinam exponit.

Die 28 Februarii 1905, occasione conventus eucharistici Romae habiti, ad Namurcensem Episcopum, R. R. D. Heylen (Pr.), scribebat : « Cum Nobis nihil sit antiquius quam ut fidelium pietas erga *divini amoris Sacramentum* magis magisque in dies amplificetur... (3). »

Die 16 Julii 1906, occasione conventus Tornacensis, ad eumdem Ven. Episcopum sic aiebat : « Procul dubio, nostra sententia, ea tantum conditione amor cultusque augustissimae Eucharistiae progredientur, ut, in antecessum, intimius ut fert dignitas tanti Sacramenti scrutati fuerint ac dein diffamaverint in plebe *illum erga nos Dei amorem* maxime corroborantem

(1) *Acta Leonis XIII.*, vol. XVIII, p. 83.
(2) *Acta Leonis XIII*, vol. XXII, p. 115.
(3) *Actes du Congrès Eucharistique de Rome*, p. 15.

simul ac operosissimum, *qui nempe nusquam radiis lucet splendidioribus ac in mysterio divini convivii* (1). »

Di 14 Julii 1907, occasione conventus Mettici (Metz), scribebat ad E. Cardinalem Legatum, Vincentium Vannutelli : « Quum (Jesus in Eucharistia) causa nobis et fons est omnium bonorum, tum nos, *infinita instinctus caritate*, ut laborantes reficiat, convocare ad se et invitare non cessat (2). »

Die 16 Julii 1909, occasione Coloniensis congressus ad Cardinalem Legatum, Vincentium Vannutelli scribebat : « Neque enim nobis quidquam potius in optatis est aut esse potest, quam ut mysterium illud *infinitae caritatis* Christi cognoscant homines usque magis et revereantur et diligant (3). »

Die 16 Augusti 1912, occasione Viennensis congressus, ad Cardinalem Legatum Em. Gulielmum Van Rossum, C. S. S. R., his verbis usus est : « Cum tamen Ipsum suus erga homines *immensus amor Sacramenti hujus artifex,* perpetuo in terris non visum retineat... (4) »

Ex omnibus hisce citatis verbis licet concludere modo eodem quo (20 Martis 1903) Em. Cardinalis Amette, tunc Episcopus Baiocassinensis (Bayeux) : « Piam hanc hucusque sodalitatem in Archisodalitatem erigendo Romae inque sua S. Joachim dicata ecclesia, SS^mus Pater omnes consummat approbationes simul ac eo-

(1) « Il est hors de doute pour nous que l'amour et le culte de l'auguste Eucharistie ne peuvent progresser qu'à la condition qu'on étudie d'abord et plus à fond, ainsi que l'exige la dignité du Sacrement, et qu'on vulgarise ensuite dans les masses le très réconfortant et le *très actif amour de Dieu pour nous, lequel ne brille nulle part d'un plus vif éclat que dans le mystère du banquet divin.* » (*Actes du Congrès de Tournai*, p. 40).

(2) *Actes du Congrès de Metz*, p. 47.

(3) *Actes du Congrès de Cologne*, p. 75.

(4) *Acta Apostol. Sedis*, 1912, p. 580.

dem actu definite solemniterque sancitur devotio erga Cor Jesu Eucharisticum (1) ».

(1) « En érigeant en Archiconfrérie à Rome et dans son Église dédiée à saint Joachim cette pieuse confrérie, le T. S. Père couronne toutes les approbations données, et cet acte devient pour la dévotion au Cœur Eucharistique une sanction définitive et solennelle. » (*Revue de l'Adoration Réparatrice*, 1903, p. 136.)

CAPUT VII

De fundamento devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum in traditione catholica stabilito.

Quidquid circa hanc doctrinam reperitur in Evangelio, in S. Liturgia, in verbis Summorum Pontificum, traditur id etiam apud S. Patres, apud ecclesiasticos scriptores, et apud theologos. S. Rit. Congr., in suo decreto 9 Nov. 1921 (*Acta apost. Sedis*, 23 Nov. 1921) sic loquitur : « Peculiaris ratio et finis hujus Festi... enucleatius explicatur in Sacris Litteris et in operibus sanctorum Ecclesiae Patrum ac Doctorum. » Plura jam documenta protulimus quum SS. Evangelii verba explanavimus.

Revera antiquos omnes (1) praeteriit nomen Cordis Eucharistici, quum mediam circiter partem soeculi XIX tantum primo propagata fuerit haec devotio.

Quod si *nomen* non legitur in veterum scriptis, at in his tamen *res* hujus devotionis tota invenitur. Quod merito notat etiam P. Bainvel, S. J., quum agitur de

(1) « La charité immense, voilà l'intime de la Passion et de l'Eucharistie. On ne le remarquait pas assez... La dévotion à l'intime de la Passion et de l'Eucharistie était chose trop subjective... pour convenir au siècle de S. Basile et S. Grégoire ; elle était quelque chose de trop tendre, de trop délicat, de trop beau, pour trouver un écho dans le cœur des fiers soldats à qui S. Bernard s'adressait. Ils comprenaient mieux le culte de la Croix, du Sépulcre de J.-C... C'est donc seulement peu à peu que le Cœur de Jésus s'est montré, et que la Passion et l'Eucharistie sont apparues pleinement sous ce jour souverainement pénétrant de l'amour, qui en est l'âme. » (Sauvé, *Le Culte du Sacré-Cœur*, 5ᵉ Elév., § III, t. II, p. 332.)

devotione erga SS. Cor Jesu; cujus devotionis, praeclari Patris sententia, vestigia jam apparent, tum in « Exercitiis » S. Ignatii, tum in aliqua pia S. Francisci de Borgia invocatione ad plagam lateris Christi directa. Ideoque ipse auctor ea inde infert (1) : « Equidem hic nomen « Cor Jesu » non videmus ; verum solum desideratur verbum (1). » Item et nos dicimus de devotione erga Cor Jesu Eucharisticum.

Re quidem vera, in saeculorum decursu, Patres, Doctores, et Sancti omnem suam curam atque operam adhibuerunt in edocendis fidelibus in veritate praesentiae realis Christi sub speciebus eucharisticis ipsis probanda, toti fuerunt in aequitate cultus erga SS. Eucharistiam vindicanda, in describendis miris S. Communionis effectibus eo fine ut ad eam perducerent animas. Innumeri ideo textus apud illos reperiuntur, quibus affirmatur vel probatur praesentia ac permanentia Christi in SS. Sacramento, quibus confirmatur cultus adorationis Eucharistiae debitus tanquam ipsi Christo sub sacramentalibus speciebus vere praesenti. Illi viri, verbis eloquentia ac suasione plenis, ineffabiles Eucharistiae effectus in animabus productos depingunt, seu etiam enarrant qua mentis dispositione ipsa recipi debeat, seu denique vivide oculis subjiciunt quantum sit crimen quantaque infelicitas eorum qui, Judae proditoris instar, Christum indigne suscipiant.

Attamen, uti videbimus, permulti non defuerunt qui amore ac pietate ducti, eam illustrarunt charitatem qua dilexit nos Christus quum hoc miraculum amoris, SS. Eucharistiam videlicet, institueret(2).

(1) « Le Cœur de Jésus n'y est pas nommé, mais il n'y manque que le mot. » (Vacant, *Dictionnaire de théologie*, t. II, col. 314.)

(2) Huicce argumento auctoritatis optime conveniunt ea quae juste habet P. de Gallifet, S. J., ad stabiliendam veritatem plagae lateris Christi. Sic loquitur pius auctor : « Il faut d'abord faire deux observations importantes : la première, c'est que parmi les auteurs ecclé-

Nemo miretur tantam textuum congeriem infra producendam inutilemve credat. Quia enim agitur hic de devotione nova *nomine re* vero prorsus antiqua, permagni nostra refert ut demonstremus ipsam altas jam in traditionis catholicae solo radices egisse, seu esse ut loquitur S. Officium (in Epistola ad C. Amette, die 3 Aprilis 1915 (1) : « perpetuo hac super re Ecclesiae sensui apprime consonam ». *Nos tantam habentes impositam nubem testium ... per patientiam curramus ad propositum nobis certamen* (2).

Fidenti ergo animo perlegemus Patrum, Doctorum,

siastiques, soit Pères, soit Docteurs, soit Théologiens, soit Interprètes, soit Maîtres de la vie spirituelle, aucun n'a jamais nié, ni révoqué en doute positivement la plaie du Cœur de Jésus : aucun n'a jamais ni contredit, ni désapprouvé le sentiment qui l'assure ; aucun n'a jamais insinué, de quelque manière que ce soit, que ce fût une opinion incertaine ou improbable ; en un mot, nous n'avons sur cet article nul contradicteur, quel qu'il puisse être. D'autre part, et c'est la seconde observation, nous avons une foule d'auteurs de toute espèce qui affirment positivement, nettement, expressément, que le Cœur de Jésus a été percé ; et ce qui est fort à remarquer, ils l'affirment, et non en disputant comme une chose incertaine, mais en le supposant comme une vérité commune dans l'Église, ainsi qu'on le verra par leurs témoignages. Il est vrai, et nous en convenons, que plusieurs auteurs n'en ont pas parlé expressément dans leurs écrits ; mais ce silence ne nuit point à la vérité, quand on a d'ailleurs le sentiment exprès de plusieurs autres, qui en ont parlé positivement, puisque dans les choses même de la foi, il y a bien des articles dont les Pères n'ont point parlé. Dieu n'ayant pas même révélé à tous les auteurs sacrés les mêmes vérités, il n'a pas non plus éclairé également tous les Pères et tous les Docteurs de l'Église sur les mêmes mystères de la foi. Il n'a pas découvert ses secrets également dans tous les temps. Il y en a qu'il a tenus cachés plusieurs siècles ; il les manifeste à ses serviteurs, quand il lui plaît, et dans les temps marqués par sa Providence. Il n'a pas accordé à tous les saints les mêmes illustrations, les mêmes visions, les mêmes révélations, les mêmes sentiments de piété ; mais il a réglé tout cela selon sa volonté et les desseins de sa sagesse. Or il suffit à l'Église, pour embrasser une opinion, que cette opinion soit appuyée de l'autorité de plusieurs Docteurs, surtout quand personne ne la combat, et c'est justement le cas où nous nous trouvons touchant la plaie du Cœur de Jésus. » (*Excellence de la dévotion au Cœur de J. C.*, Gallifet, L., II, Addition, art. II, § 3, p. 176.)

(1) *Acta Sanctae Sedis*, 1915, p. 205.

(2) Hebr., XII, 1.

Theologorumque scripta, quorum ipsissima verba, e fonte hausta certissimo, nude ac sincere proferentur, diversarum aetatum ordine servato(1).

S. Ephraem († 379) cujus verba in capite V jam relata fuerunt.

S. Joannes Chrysostomus († 407) : « Hinc initium mysteria sumunt, ut cum ad tremendum poculum accesseris, sic venias ac si ex hoc latere potaturus esses (2). »

« Christus in hoc curam suam ostendit et *ardentem* « *erga nos caritatem* (3) ».

« Ut ergo non solum per dilectionem, sed etiam, reipsa, cum illa carne commisceamur ; id quod efficitur per cibum quem ille dedit, ut ostendat nobis quanto erga nos ferveat amore. Ideo se nobis commiscuit, et in unum corpus totum constituit, ut unum simus, quasi corpus junctum capiti. Nam *ardentis amoris hoc est indicium*. Hoc subindicans Job de servis suis dicebat, a quibus sic amabatur, ut ejus carnibus admisceri peroptarent : ut enim ardentem amorem ostenderent, dicebant : Quis det nobis de carnibus suis, ut saturemur ? (Job, XXXI, 31). Quod et Christus fecit, ad majorem nos amicitiam inducens, et suum nobis demonstrans amorem : neque se con-

(1) Ignoscat pius lector erroribus, qui forte in transcriptione irrepserunt, nam, sic loquitur Conelius a Lapide (*In Prophetas Proemium*, t. XI, p. 64) : « Non diffiteor in numéro facile errari, sive a descriptore, sive a typographo, sive ab ipso auctore ; cum enim cifrae sint variae minutaeque, ac multoties occurrant, totque oculos ac manus transire debeant, quam facile est aliquem aliis intentum in una alterave hallucinari ! Condonandum est hoc humanae imbecillitati. » Ita se excusat S. Hieronymus ad Lucinium (*P. L.*, XXII col. 671 : « Si, inquit, paragrammata ita repereris, vel minus aliqua descripta sint quae sensum legentis impediant, non mihi debes imputare, sed tuis, et imperitiae notariorum, librariorumque incuriae, qui « scribunt non quod inveniunt, sed quod intelligunt ; et dum aliednos errores emendare nituntur, ostendunt suos. »

(2) Hom. 85, alias 84, super Joan. *P. G.*, LIX, col. 463.

(3) Hom. 24 in. I ad. Corint. *P. G.*, LXI, col. 200.

cupiscentibus videndum modo praebuit, sed tangendum, comedendum, dentibus terendum, commiscendum; desideriumque implevit omne. Ab illa ergo mensa recedamus, tanquam leones ignem spirantes, diabolo terribiles, cogitantes quod sit caput nostrum, et quantam nobis dilectionem exhibuerit. Parentes saepe liberos suos aliisque alendos tradunt; ego contra carnibus illos meis alo, meipsum appono, vos omnes nobiles esse volo, et bonam de futuris spem adfero. Nam qui in hac vita se vobis tradidit, multo magis in futura favebit. Frater esse vester volui, propter vos communem habui carnem et sanguinem : rurm vobnsis carnem et sanguinem trado per quae congener vobis factus sum (1). »

S. Augustinus († 430) : « Ignis qui semper luces, *amor qui semper ardes,* dulcis Christe, bone Jesu, lumen aeternum et indeficiens, panis vitae quae nos reficis, et in te non deficis; quotidie comederis et semper integer manes (2) ».

« Cum esset omnipotens, plus dare non potuit; cum esset sapientissimus, plus dare nescivit; cum esset ditissimus, plus dare non habuit (3) ».

S. Gregorius Magnus († 604) : « Bonus pastor pro ovibus suis animam suam posuit ut in sacramento nostro corpus suum et sanguinem verteret, et oves

(1) Hom. 46, alias 45, in Joan. *P. G.*, LIX, col. 260.

(2) *In Manuali*, c. XI. *P. L.*, XL, col. 956. Aliquando allegantur textus S. Augustin., In *Manuali*. Notetur tamen quod dicit Bainvel in suo libro *La dévotion au Sacré Cœur de Jésus* (4e éd. Paris, Beauchesne, 1917, appendice II, p. 611) : « On cite souvent sous le nom de S. Augustin de beaux textes sur le S. C., mais comme nous l'avons dit en son lieu, p. 202, ils ne sont pas de lui. *Le Manuel,* d'où ils sont tirés, est une compilation postérieure à S. Bernard, due probablement à Jean de Fécamp, qui mourut en 1198. »

(3) Circa hunc textum cfr. cap. II, p. 70. Super illa verba S^ti Augustini Contenson, admirabilem habet speculationem ad stabiliendum quomodo in Eucharistia emineant potentia, sadientia, et dilectio Dei (Lib. XI, pars II. Dis. III, cap. I. Spec. II, t. III, p. 226).

quas redemerat, carnis suae alimento satiaret (1). » Et in hoc, concludit *S. Thomas* : « Est expressio summae largitatis et praecipui amoris (2). »

S. Odo Cluniacensis († 942) : « Hoc beneficium majus est inter omnia bona, quae hominibus concessa sunt, et *hoc est quod Deus majori charitate mortalibus indulsit,* quia in hoc mysterio salus mundi tota consistit (3) ».

S. Anselmus († 1109) : « Ut *in hoc ostenderet quantum nos diligeret*, ipsam carnem, quam pro nobis susceperat, nobis ad manducandum dedit; et adhuc in sacrificio sui altaris ministrare non desinit (4). »

S. Bernardus († 1153) : « Potesne aestimare quale et quantum sit hoc Sanctum Sanctorum, Sacramentum Sacramentorum, *amor amorum*, dulcedo omnium dulcedinum (5). »

Guerricus (Abbas, discipulus S. Bernardi) († 1157) : « Qui in caelis creavit, docet et regit multitudinem angelorum, in terris aggregaverat sibi pusillum gregem discipulorum... Magnus parvulos magna dilectione diligebat... Quamdiu tamen cum eis corporaliter conversari voluit, non facile aut multum hunc suum in eis affectum prodidit... Cum autem tempus, quo ab eis recessurus erat, instaret, tunc veluti vinci tenero eorum affectu visus est, ut magnam multitudinem dulcedinis suae, quam eis absconderat, dissimulare non posset. Hinc illud : Cum dilexisset suos qui erant in

(1) Hom. XIV in Evangelia. *P. L.*, XXVI, col. 1127.
(2) Opusc. LI, cap. v, t. XVII, p. 141.
(3) Collectionum libri II. *P. L.*, CXXXIII, col. 572.
(4) Medit. 4 circa finem. *P. L.*, CLVIII, col. 734.
(5) Quamvis hic textus a multis auctoribus Sancto Bernardo attribuatur in sermone « In Coena Domini », tamen hic textus in Editione Migne in aliquo sermone « De excellentia Sanctissimi Sacramenti » invenitur. Imo Migne ipse in initio hujus sermonis hanc animadversionem posuit : Non Sancti Bernardi sed alicujus non Sacerdotis (*P. L.*, CLXXXIV, col. 987).

mundo, in finem dilexit eos. *Tunc enim propemodum omnem vim amoris effudit*... Tunc eis Sacramentum Corporis et Sanguinis sui tradidit et celebrandum instituit, *nescio virtute an caritate mirabiliori;* hoc novum genus mansionis adinveniens in consolationem recessus sui; ut, si discederet ab eis specie corporis, maneret non solum cum eis, sed etiam in eis virtute sacramenti (1). »

Petrus Blesensis († 1200) : « Christus est qui quasi pignus et *arrham suae dilectionis,* et *obsidem chari-* « *tatis suae*, sacramentum illud saluberrimum instituit et reliquit (2). »

Innocentius III († 1216), juxta verba supra allegata, cap. v.

Urbanus IV († 1265) : « In institutione quidem hujus Sacramenti, dixit ipse Apostolus : Hoc facite in meam commemorationem : ut *praecipuum et insigne memoriale sui amoris eximii, quo nos dilexit,* esset nobis hoc praecelsum et venerabile Sacramentum, memoriale, inquam, mirabile ac stupendum, delectabile, suave, tutissimum, ac super omnia pretiosum, in quo innovata sunt signa et mirabilia immutata, in quo habetur omne delectamentum, et omnis saporis suavitatis, ipsaque dulcedo Domini degustatur, in quo utique vitae suffragium consequimur et salutis... *O divini amoris immensitas*, divinae pietatis superabundantia, divinae affluentia largitatis!... Cum tam fuerit erga nos ejus munificentia, volens adhuc ipse *in nobis suam exuberantem caritatem praecipua liberalitate monstrare*, semetipsum nobis exhibuit, et et transcendens omnem plenitudinem largitatis, *omnem modum dilectionis excedens*, attribuit se in cibum. O singularis et admiranda liberalitas, ubi donator

(1) *Sermo de ascen. Domini*, n° 1. *P. L.*, CLXXXV, col. 154.
(2) *Sermo* XVIII *in coena Domini. P. L.*, CCVII, col. 613.

venit in donum, et datum est idem penitus cum datore! Quam larga et prodiga largitas, cum tribuit quis seipsum! Dedit igitur nobis seipsum in pabulum, ut, quia per mortem homo corruerat, et per ipsum ipse renovaretur ad vitam (1). »

S. Bonaventura († 1274) : « Hinc est quod in hoc sacramento continetur verum Christi corpus, et caro immaculata, ut se nobis diffundens, et nos invicem uniens, et in se transformans *per ardentissimam charitatem*, *per quam se nobis dedit*, se pro nobis obtulit, et se nobis reddidit, et nobiscum existit usque ad finem « mundi (2). »

« Heu ! cur beneficia Christi passionis
Penes te memoriter, homo, non reponis ?...
Suo quippe corpore languidum te pavit,
Quem in suo sanguine gratis balneavit,
Demum *suum dulce cor tibi denudavit,*
Ut sic innotesceret quantum te amavit.
O quam dulce balneum, esca quam suavis (3) ! »

In opusculo *De praeparatione ad Missam*, dicit . « Si vis ad amorem accendi et inflammari, considera illius sacri corporis cibationem dulcissimam et vide, quam bonus et suavis est spiritus ejus in nobis (4). »

S. Thomas Aquinas († 1274) : « Eucharistia dicitur *sacramentum charitatis Christi expressivum*, et nostrae factivum (5). »

« Diximus enim his Dominum commendasse in manducatione carnis suae et potatione sanguinis sui, ut in illo maneamus et ipse in nobis. *Hoc autem quid facit*, « *nisi charitas* (6) ? »

(1) *Constitutio de institutione solemnitatis Corporis Christi. Magnum Bullarium Romanum*, t. III, p. 705.
(2) Opus. *Breviloquium*, pars VI, c. IX, t. V, p. 274.
(3) Opus. Dubium inscrip. *Philomela*, t. VIII, p. 672.
(4) T. VIII, c. I, oratio n° 12, p. 103.
(5) In lib. IV Sent. disp. 8, quaes. 2, art. 2, q. 3 ad 5, t. VII, p. 595.
(6) *Catena aurea Joan. Evan.*, c. VI, t. XII, p. 340.

« Haec ab initio vobis non dixi quia vobiscum eram, quasi diceret : Non tunc necessarium fuit vobis, ut ostenderem quantum vos diligerem, nisi in recessu, ut sic amor et memoria mei in cordibus vestris profundius imprimeretur (1). »

« Et quia maxime proprium amicitiae est convivere amicis, ut Philosophus dicit IX *Ethic.*, cap. XII, sui praesentiam corporalem nobis repromittit in proemium, dicens : Ubi fuerit corpus illic congregabuntur et aquilae (Mat., XVIV, 28). Interim tamen nec sua praesentia corporali nos in hac peregrinatione destituit; sed per veritatem corporis et sanguinis sui nos sibi conjungit in hoc sacramento. Unde ipse dicit (Joan., VI, 57) : Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo. Unde *hoc sacramentum est maximae charitatis signum* et nostrae spei sublevamentum ex tam familiari conjunctione Christi ad nos (2). »

B. Albertus Magnus († 1280) : « Sacramentum Dominici corporis vocatur *sacramentum charitatis.* Dicit B. Paulus (I Tim., II, 16) : Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestum est in carne (per partum Virginis) praedicatum est gentibus (a sanctis Apostolis), creditum est mundo, id est, concessum fidelibus in cibum salutis : unde recte dicitur sacramentum charitatis (3). »

« Sextus gradus et summus liberalitatis Domini est, quod dat homini corpus suum in cibum. Osee, XI, 3 : Ego quasi nutritius Ephraim, et declinavi ad eum ut vesceretur. — Joan., VI, 52 : Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. — Greg. : Bonus pastor, Dominus animam suam pro ovibus posuit, ut in Sacra-

(1) *Comment. supra Joan.*, c. XIII, lectio I, t. X, p. 526.
(2) *Summa Theol.*, p. III, q. 75, a. 1, t. IV, p. 343.
3) *Sermones de Euch.*, sermo XXV, t. XII, p. 288.

mento nostro, corpus suum et sanguinem verteret, et oves quas redemerat, carnis suae alimento satiaret. *Et in hoc est expressio summae largitatis et praecipui amoris :* magnum enim est dare se in socium peregrinationis, et in servum necessitatis, et majus in pretium redemptionis. Tale tamen donum adhuc est in separatione et remotione ab eo qui datur : sed quod datur in cibum, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodam unionem : uniuntur enim in unitate corporis, cibus et sumens cibum. Joan., VI, 55. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo. Et sic apparet *in tali dono superefluentissima largitas divinae bonitatis* (1). »

Thauler († 1350) : « Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi... Hoc fuit ultimum (Christi) ad discipulos verbum... quod locutus est... ut eos... consolaretur : ad memoriam eis reducens *superefluentem illam charitatem quae ex fundo cordis sui profluerat*, quando in ultima Coena sacratissimum et amabilissimum pignus, superdulcissimam pretiosissimi Corporis sui praesentiam nobis omnibus dereliquit. Ait ergo jamjamque recessurus : Ecce ego vobiscum sum... ac si diceret : Agedum, charissimi mei, videte ut vobis meipsum reliquerim... Quamobrem cum universis animarum vestrarum viribus *superabundantem cordis illius unde hoc superessentiale vobis donum profluit, dulcedinem attendite,* dignitatem doni advertite, utilitatem multiplicem... etiam atque etiam considerate (2). »

S. Bernardinus Senensis († 1444) : « Primo, inquam, hoc sacramentum est *memoriale suae dilectionis :* quia dilexit nos et lavit nos in sanguine suo a pec-

(1) *Sermones de Euch.,* sermo V, t. XII, p. 256.
(2) *Sermo* I. Dom. VII post Trinitatem, p. 393.

catis nostris (Apoc., I). Solet utique homo, cum est in magno amoris fervore, ex vehementia dilectionis facere magna. Quia, secundum Gregorium, charitas operatur magna, si est magna. Et quanto major est, tanto majora satagit operari. Sicut etiam in carnalibus amatoribus patet, quanto magis in filo capto Jesu. Nam sicut Joan., XIII, ait : Sciens Jesus quia venit hora eius ut transeat de hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos, id est *majora signa dilectionis ostendit eis*, more scilicet veri amantis, et amici cordialis. Nam quae in fine mutuorum recessuum inter amicos, in signum perpetuae amicitiae ac memoriae, celebrantur, fortius et firmius memoriae imprimuntur, et chariora tenentur atque servantur. More insuper amorosi patris, qui in suo fine testamentum haereditatis bonorum condit, et relinquit filiis suis. Insuper et quasdam singulares informationes tradit, quasi quoddam memoriale dilectionis. Sed notanter in accusativo casu Joan. inquit, in finem dilexit, ut ex hoc modo loquendi innuat manifeste, quod non ad hanc vitam hic statuendam, sed ad perducendum eos per hoc sacramentum in finem aeternae vitae dilexit eos. In illo fervoris excessu, quando paratus erat pro nobis in mortem tradere vitam suam, *ab excessu amoris majus opus agere coactus est*, quam unquam operatus fuit ab origine mundi, dare nobis corpus in cibum et sanguinem suum in potum. Ideo in persona Christi ad Dominum Propheta ait, dicens : Zelus domus tuae comedit me, id est immensus animarum zelus et zelans amor me comestibilem fecit... O quam viscerosa charitas Christi Jesu! *O ardens amor fornace cordis sui! o admiranda immensitas tantae dilectionis!* O, inquam, latitudo incomprehensibilis tantae dignationis! ut *tanto amo-*

ris ardore erga nostram pravitatem flagraret, quam suam carnem in cibum et suum sanguinem in potum nobis tam largiflue largiretur (1). »

S. Laurentius Justinianus († 1455) : « O quam *mirabilis est dilectio tua, Domine Jesu,* qui tuo corpori taliter nos incorporari voluisti, ut tuo inebriati amore tecum unum cor et unam animam haberemus inseparabiliter colligatam (2). »

Qui Verbo suo potuit universa creare ex nihilo, valet corpus suum absque sui detrimento praestare in cibum, quatenus in ipso majestatis suae insinuaret potentiam, *dilectionis affluentiam*, sapientiae suae thesauros, misericordiae viscera, delectabilemque humanitatis suae praesentiam (3). »

« Se sub modica panis vinique specie realiter communicavit. Merito tale opus divinae convenit sapientiae, nullique nisi Verbo sempiterno hujusmodi debebatur *elargitio charitatis* (4)... Ubique omnipotens, ubique apparet gloriosus. Praecipue tamen *in hoc sancto mysterio illius charitas*, illius commendatur majestas. Charitas, quia praebet se; majestas, quia non jumentorum caro sed corpus est Christi (5)... Prudentissimo igitur Dei Verbum usum fuisse consilio perspicue claret, ut se corporaliter daret hominibus (et tamen accidentibus velatum) quatenus *ex praesentia nosceretur charitas,* et per operimentum visibilis formae humana ad ipsum accedere valeret infirmitas (6). »

Dionysius Carthusianus († 1471) : « Voluit quoque

(1) *Sermo* LIV. Feria Quinta in Coena Domini, art. 1, c. I., t. II, p. 848.
(2) *De Incendio div. amoris,* c. V, t. II, p. 467.
(3) *Sermo de Eucharistia,* t. II, p. 114.
(4) *De casto connubio Verbi et animae,* c. XXIV, t. I, p. 254.
(5) *Id.*, t. I, p. 255.
(6) *Id.*, t. I, p. 257.

Christus in hoc sacramento veraciter contineri ac suscipi *ad ostendendum perfectum fervorem suae incomprehensibilis charitatis ad nos,* et propter nostram utilitatem (1).

« Sacramentum institutum est a Christo multis de causis... Secundo, *in signum atque memoriam charitatis suae ad nos.* Hoc maxime charitatis exstat indicium, quod proprium corpus et sanguinem nobis reliquit in cibum potumque animae salutarem; quia et illa est amorosissima munificentissimaque donatio, qua quis alteri dat seipsum quemadmodum Christus hoc in Sacramento fuit et est *dator et donum* (2).

« Inquieta est ardens dilectio, donec amanti perfecte copuletur amatum; fervens quoque amator caritatis suae exhibere indicia dilectis satagit : sic et tu quoque, o bone Jesu, *idoneum et plenum perfectumque nobis tuae dilectionis memoriale ac pignus* relinquere dignatus, in nobis deseruisti, quod pronobis ex Virgine suscepisti (3).

« His tecum coenantibus
Corpus tuum consecrasti
Sanguinemque, tristantibus
Haec sumenda condonasti,
Summam nobis caritatem
Per hanc monstrans largitatem (4). »

Cajetanus († 1534) : « Quod vero (Eucharistia) sit quoddam *supernaturale continens ineffabiles divinae largitatis divitias*, patet per Urbanum Papam dicentem : Volens adhuc ipse in nobis suam exuberantem charitatem praecipua liberalitate monstrare, semetipsum nobis exhibuit : et transcendens omnem pleni-

(1) *In Evang. Joan.*, art. XVIII, t. XII, p. 402.
(2) *In Evang. Luc.*, art. XLVII, t. XII, p. 211.
(3) Opus. *De munificentia et beneficiis Dei,* art. XXV. t. XXXIV, p. 518.
(4) *De Laudibus superlaudabilis Dei. De Coena Domini*, t. XXXIV, p. 476.

tudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum (1) ».

Lanspergius († 1539) : « Non sufficiebant haec omnia ejus caritati, imo nec nostrae sufficerent infirmitati, nisi daret et seipsum. *Pro ingenti itaque caritate sua dedit seipsum* modo familiarissimo nobis in cibum (2). »

« Eia, benignissime Jesu,... adoro, laudo, benedicoque te pro Incarnatione, Passione... et potissime *pro maxima ad nos charitate tua,* quam vel in hoc maxime nobis ostendisti, quod teipsum etiam in cibum nobis sumendum dedisti, et usque in finem saeculi hoc modo in Sacramento te nobiscum mansurum promisisti (3). »

« O dulcissime Domine Jesu Christe, *per stupendam tuam caritatem* qua teipsum totum cum omnibus gratiis et meritis tuis in Venerabili Sacramento altaris nobis reliquisti, et per conversionem panis et vini quotidiano sacerdotum ministerio in corpus et sanguinem tuum, ignosce mihi et omnibus Christi fidelibus (4). »

« Videte adhuc mirabilius atque grandius aliquod beneficium, indiciumque immensae caritatis, quod omnibus electis generatim exhibuit, in qua revera prorsus incomprehensibilem, *ne solum dicam maximam, excellentissimamve caritatem suam nobis omnibus indignis profudit.* Siquidem utilissimo beneficio, *indicioque dilectionis suae copiosissimo*, se totum nobis contulit, quando corpus suum nobis in cibum, et sanguinem in potum praebuit : cunctisque usque ad

(1) *Summae S. Thomae Commentaria.* Super Quaestionem LXXIII, a. 5. Appendix, t. VIII, p. 339.

(2) *Sermo* III *pro solemnitate Ven. Sacramenti,* t. III, p. 463.

(3) *Pharetra divini amoris,* pars II, l. I, t. V, p. 22.

(4) *Pharetra div. amoris,* pars IV, lib. I, t. V, p. 62. N. B. In hoc textu Lanspergii distinguitur affectus caritatis ab ipso mysterio.

consummationem saeculi idipsum in suae dilectionis memoriam sumendum instituit, atque in forma et specie sibi propria, licet recederet, sub sacramento tamen et speciebus panis et vini totus Christus, verus Deus et homo, semper nobiscum manere voluit. Quare hoc? Certe ut suae passionis, ut suorum mirabilium, ut suorum beneficiorum, *suaeque copiosissimae et ferventissimae dilectionis erga nos* memoriam in nobis relinqueret, in nobis servaret, quotidie refricaret, atque ad sui nos amorem in dies renovaret. Ad haec ut nos in se transformaret, sibi incorporaret, sibi uniret... Quod quantae sit dignationis, *quantae charitatis,* Christum nobis hoc facere, « omnino est ineffabile (1) ».

S. Ignatius († 1556) in libro *Exercitiorum* unam habet meditationem super ultimam Coenam, in qua punctum unum sic enuntiatur : « Christus instituit SS^ae^ Eucharistiae Sacramentum, *in signum supremae suae dilectionis*, his verbis utens : accipite et manducate (2). »

S. Petrus de Alcantara († 1562) : « Certo statuere debet, nullam esse linguam, quae *amorem illum Jesu Christi ardentissimum et effusissimum* quo erga Ecclesiam sponsam suam et erga animas in gratia sua existentes, quarum unaquaeque sponsa ipsius est, flagrat, verbis exprimere possit. Cum enim dulcissimus hic sponsus, ex praesenti vita discedere, atque Ecclesiam sponsam suam relinquere statuisset, ne hic abitus, occasio ei fieret obliviscendi sponsi sui, dedit ei sanctissimum hoc Sacramentum, in pignus ac memoriale, in quo ipse praesens esset, nolens alias inter ipsum et sponsam suam arrhas,

(1) Opus *Beneficiorum Salv. D. N. J. C. theoremata.* Cons. IV. t. III, p. 153.

(2) P. 200, et in Editione Latina Antwerpiensi, 1689, p. 219.

sive pignora intercedere quam seipsum (1) ».

Concilium Tridentinum (1545-1564) : « In hoc Sacramento Christus *divitias divini sui erga homines amoris velut effudit* (2). »

Ludovicus Blosius († 1566) : « Dulcis Jesus, *ex immenso amore quo nos tenerrime diligit,* venerabile Sacramentum Eucharistiae instituit, seipsum in illo stupenda liberalitate *suavissimaque caritate* nobis donans atque relinquens (3). »

« O admirabile mysterium! o praecellentissimum sacramentum! o vos omnes quotquot Deum amatis, venite, videte, admiramini, obstupescite et laudate. Tale namque, tamque admirandum opus operatus est in nobis Dominus, ut quisquis hoc pie voluerit perscrutari, non possit non spiritu contabescere, deficere intellectu, imo cunctis viribus prae nimia admiratione destitui. Plane si quis fundum caritatis hujus pro humanae fragilitatis modulo, auxiliante sibi gratia Dei, intellectu pervestigare volet, *quanto scilicet ex amore* hoc ipsum Deus facere dignatus sit; nimirum cor illius liquefiet conflagrabitque dilectionis incendio (4). »

« Cur jam cor non inardescat dilectione, non excitetur et moveatur ad devotionem, ubi attenderit quanto amore et desiderio flagrarit potens ille Rex gloriae, et Dominus majestatis, erga nos viles creaturas, qui nonnisi pulvis et cinis sumus. Nam quia cor illius paternum atque piissimum nihil melius, nihil sublimius excogitare potuit, *seipsum nobis dedit ut nobis largissimam bonitatem et altissimum Cordis*

(1) *De Oratione et meditatione. — Die Lunae. — De Eucharistiae Institutione,* p. 74.
(2) Sess. XIII, c. II, p. 122.
(3) *Articuli Vitae Christi,* articulus VII. Opera, p. 607.
(4) *Praeclara Dominicae Passionis Explicatio,* cap. I. Opera, p. 527.

sui demonstraret amorem... O incomprehensibilis bonitas Dei, quae *tam sublime caritatis opus* nostrae salutis causa perfecit (1). »

Louis de Grenade († 1588) : « Amor cum nihil aliud sit quam unio animarum, nota inter alias ardenter amanti maxime propria est, ut idem velit esse atque quem amat. Nec ille *supremus amoris gradus* Salvatori defuit qui talem amorem nobis declaravit, et quidem patentem, illud instituendo sacramentum quo dignatur seipsum nobis conjungere nobiscumque unum effici (2).

« Affirmat S. Thomas munificentiam Dei ejusque charitatem nobis in hoc Sacramento clarius patere quam in Passione Salvatoris; quippe cum amor sit unio animarum cujus videlicet praecipuus est effectus ut animos conjungat vinculis charitatis ut aliquo modo ex duobus evadat unus idemque animus. Atqui passione sua Christus seipsum univit Ecclesiae suae spiritualiter tantum dum sacra Communione fidelibus praebet, non tantum bona sua, sed semetipsum, eoque devenit ut corporaliter sese uniat illis... Sic aliquo modo excedit Eucharistia id quod altissimum est. Probavimus enim Passionem Salvatoris firmissimum esse argumentorum liberalitatis et charitatis divinae, attamen *in hoc sacramento aliquid detegimus quod hunc etiam excedit gradum supremum;* non quidem omnimodo, verem sub quodam respectu (3). »

(1) *Praeclara Dominicae Passionis Explicatio,* cap. I. Opera, p. 528.

(2) « L'amour n'étant autre chose que l'union des âmes, le trait le plus caractéristique de celui qui aime avec ardeur, c'est de vouloir s'identifier avec l'objet de son amour. Ce suprême degré d'amour, le Sauveur nous l'a témoigné de la manière la plus claire en instituant ce sacrement, où il daigne s'unir à nous et ne faire qu'un avec nous. » (*Sermon pour la fête du S. Sacrement.* S. V. t. IV, p. 615.)

(3) « S. Thomas affirme que la munificence et la charité de Dieu se sont manifestées plus hautement dans ce sacrement que dans la Passion du Sauveur. Car l'amour est l'union des âmes, et son prin-

« Cum flumen illud charitatis ab inexhausto bonitatis divinae oceano defluat, non mirum si ex tali fonte ita immensum effluit flumen; non mirum si in Corde divino talis ardet ignis. Etenim igni salnitri pulveribus succenso haud parum dissimilis est ille quem paleis fovent, cum hic exiguam emittat flammam quae cito decidit, ille vero tanta vi gaudeat ut ipsa conjiciat in aerem rupes et arces. Sic ignis amoris non eodem modo ardet in corde hominis ac in corde Dei, cum ibi vim suam circa fragile alimentum exerceat, hic autem circa substantiam infinitam et divinam. Ideo ne stupeatis, quaeso, quod *hic succrescat in immensam amoris flammam, unde nobis donum Eucharistiae supremum* nobis et alia redemptionis et sanctificationis animarum munera proveniunt (1). »

Tolet, S. J. († 1596) : « Eucharistia fuit a Christo Domino instituta ob tres usus praecipuos. Primus est

cipal effet est de joindre les âmes par les liens de la charité et de n'en faire qu'une en quelque sorte. Or, dans sa Passion, le Sauveur s'est uni spirituellement à son Église, tandis que dans la Sainte Communion, où il donne aux fidèles, non seulement ses biens, mais lui-même, il va jusqu'à s'unir à eux corporellement... Ainsi l'Eucharistie dépasse en quelque sorte ce qu'il y a de plus élevé. Car nous avons établi que la Passion de notre Sauveur est la preuve la plus éclatante de la libéralité et de la charité de Dieu; et néanmoins, nous trouvons dans ce sacrement quelque chose qui surpasse ce degré suprême d'amour, non pas de toutes manières, il est vrai, mais à un certain point de vue. » (*Sermon pour la fête* du S. Sacrement. S. V. t. IV, p. 615).

(1) « Puisque ce fleuve de charité dérive de l'océan inépuisable de la divine bonté, il n'est pas surprenant que d'une telle source découle un grand fleuve, ni que dans le cœur divin brûle un si grand feu. En effet, un feu de paille est bien différent d'un feu alimenté par la poudre. L'un produit une flamme médiocre, et de peu de durée; l'autre a tant de puissance qu'il fait voler en l'air les rochers et les forteresses. De même le feu de l'amour brûle autrement dans le cœur de l'homme, que dans le cœur de Dieu. Là il s'exerce sur une frêle substance, ici sur une substance infinie et divine; ne vous étonnez donc point qu'ici s'élève cette immense flamme d'amour, de laquelle nous viennent et le suprême bienfait de l'Eucharistie, et les autres bienfaits de notre rédemption et de la sanctification de nos âmes. » (*Ibid.*, p. 621.)

ut esset signum sui summi amoris erga nos, quem in hoc ostendit, quod discessurus ad Patrem, seipsum vere et praesentialiter sub tegumento specierum reliquit; sicut qui multo alicujus amore flagrat, discedens, aliquid in amoris signum et pignus relinquit. Christus autem, qui omnipotens erat, non aliud, sed seipsum reliquit (1).

« Amor autem in hoc (sacramento) summe monstratur dum *seipsum in pignus amoris dat.* Fuit igitur conveniens ex parte Christi. Secundo etiam fuit conveniens ex parte Ecclesiae et religionis christianae... Est lex caritatis et non timoris; debuit ergo in ea specialissimum caritatis Christi versus nos argumentum esse. Ejus enim passio et adventus communis fuit nobis et antiquis, novae et veteri et naturae legi; at Eucharistia est propria novae (2).

« Servatur (Eucharistia) ut sit *signum perpetui et inextinguibilis amoris Christi* erga Ecclesiam sponsam (3). »

Rodriguez, S. J. († 1616) in suo opere *De Perfectione Christiana*, in primo capite tractatus de communione et missa, hanc doctrinam explanat : *De extrema dilectione quam Deus nobis ostendit* instituendo altaris Sacramentum (4).

Suarez, S. J. († 1617) : « Nihil magis ad amandum excitat, quam amoris significatio, quam in hoc mysterio maximam nobis Christus exhibuit : ut enim Joan. ait cap. XIII : Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos; tunc enim *summum amoris signum illis praebuit,* tum seipsum in cibum illis praebendo, tum etiam summo amore et deside-

(1) *In Summ. S. Th.* Enarratio, t. IV, quaes. 73, art. I, p. 133.
(2) *Ibid.*, quaes. 75, art. I, p. 181.
(3) *Ibid.*, p. 191.
(4) T. II. Traité VIII, c. I, p. 79.

rio illum praestando, juxta illud : Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, quod non tam de legali, quam de hoc vero Pascha multi intelligendum existimant cum Tertull., lib. IV contra Marcionem, cap. XL... Deinde maximum amicitiae signum in hoc ostendit, quod amor non solum praesentiam, sed etiam summam, quoad potest, conjunctionem exoptat et efficit; Christus autem per hoc mysterium, « et nobiscum manere voluit, et nobis intime conjungi, non solum affectu, sed etiam reipsa, ut nimirum haec posterior unio priorem, quae per spiritualem affectum est, accenderet et inflammaret (1). »

« Decuit 1° ut in ipso discessu praecipuum signum traderet ac *memoriale suae dilectionis;* et imminente passione, memoriale illius nobis relinqueret ut eo tempore altius cordibus infigeretur; 2° ut more amantissimi patris in fine vitae pretiosiorem haereditatem filiis relinqueret, eamque maxime commandaret tanquam rem sibi charissimam (2). »

S. Franciscus Salesius († 1622) : « In sacra communione Jesus Christus tibi recipiendus est ex amore, cum *ex solo amore se tibi donet.* Nec Salvator in aliquo actu sese magis pium magisve amantem exhibet quam in illo quo seipsum, ut ita dicam, annihilat fitque caro, ut in animas nostras penetret intimeque conjungatur suorum cordibus fidelium et corporibus(3).

« Quem divinum odorem in conspectu divinae Majestatis diffudit Ipse, instituendo SS^{um} altaris Sacra-

(1) *Opera* t. XXI quaes. LXXV, art. I, disp. 46, sect. 7, p. 38.
(2) T. XX, quaes. 73, art. V, sect. 5 p. 752.
(3) *Introd. à la Vie Dévote*, p. II, c. 21, t. III, p. 121.
« Vous devez recevoir pour l'amour ce que l'amour seul vous fait donner. Non, le Sauveur ne peut être considéré en une action ni plus amoureuse, ni plus tendre que celle-ci, en laquelle il s'anéantit par manière de dire et se réduit en viande, afin de pénétrer nos âmes et de s'unir intimement au cœur et au corps de ses fidèles. »

mentum, quo nobis, mirum in modum, *amoris sui magnitudinem exhibuit*. Nulli fuit par odor actus ille perfectionis cuique nostrum imperviae, quo seipsum nobis tradidit licet inimicis, quinimo interemptoribus. Quousque pro unoquoque nostrum, delapsa est Altitudo Dei nosque quo vult erigere? Nos sibi tam arcte jungit ut unum idemque secum efficiat! Id certe voluit Dominus noster ut nos admoneret se velle diligamus proximos ea dilectione qua amamur omnes et ab ipso in hoc SS. Sacramento devinciamur, quae dilectio ad unionem tendit(1). »

Monialem, nomine *Louise de Ballon*, iis verbis hortabatur : « Simpliciter cum hac fiducia procedite et saepe salutate Cor illius divini Salvatoris, qui, *ut amorem probaret*, seipsum speciebus panis involvit, familiarissima maximeque intima consuetudine in nobis juxtaque cor nostrum sic permansurus(2). »

Ludovicus du Pont, S. J. († 1624) loquitur in suo opere : *Méditations sur les mystères de la foi* de tempore, de loco, de societate, quae elegit Filius Dei *ad perfectius ostendendam dilectionem suam* in

(1) Sermon LIX pour le IIIe dimanche de Carême, t. X, p. 278.
« Quelle divine odeur ne respandit-il pas devant la divine Majesté lorsqu'il institua le T. S. Sacrement de l'autel, auquel il nous tesmoigna si admirablement la grandeur de son amour ! Ce fut un parfum incomparable que cet acte de perfection incompréhensible par lequel il se donna à nous qui estions ses ennemis et qui luy causions la mort... Jusqu'où s'est abaissée la grandeur de Dieu pour un chacun de nous, et jusqu'où nous veut-il eslever ? Nous unir si parfaitement à soy qu'il nous rende une mesme chose avec luy ! C'est ce que Nostre Seigneur a voulu, pour nous enseigner que comme nous avons tous esté aymés d'un mesme amour par lequel il nous embrasse tous en ce très Saint Sacrement, aussi veut-il que nous nous aymions de ce mesme amour qui tend à l'union. »

(2) « Allez bien simplement en cette croyance, et saluez souvent le Cœur de ce divin Sauveur qui, pour nous témoigner son amour, s'est voulu couvrir des apparences de pain, afin de demeurer très familièrement et très intimement en nous, et près de notre cœur. » (Lettre MCCVII, t. XVII, p. 221.)

institutione S. Sacramenti (1). Eamdem doctrinam habet in XLI^a meditatione VI^ae Partis (2).

Ysambert († 1642) cujus verba jam in alio capite (IV) hujus tractatus allata sunt.

Novarinus († 1650) : « Crudum agnum paschalem comedere nefas erat, igne parari debebat, igne assari. Assatio ista, iste ignis, inter alia hoc innuebat *quanto amore exaestuaret Agnus ille*, qui in Eucharistico convivio, cujus primum illud figura erat nobis exhibetur. Assatus igne noster Agnus est, quia totus ignis, *totus amor* (3). »

« Cum videret Job Deum faciem suam abscondere, conjiciebat se a Deo tanquam inimicum haberi (XIII, 24)... Secus hic omnino arguendum : abscondit in hoc sacramento faciem suam Christus, ut amicum se praeberet, nosque velut amicos in amicitiae signum suo sanguine satiaret. Hinc invitatio illa in amoris Cantico (V, 1) : « Comedite, amici, et bibite ». Amicum se amicis prodit, dum faciem in hoc Sacramento Christus occultat, *amorem suum retegit*, dum tegit sacro velamine carnem (4). »

« *Amoris solium* in Eucharistia sibi statuit Christus in quo amorem suum exerceat, amorem suum in suos prodat, sicque non timore, sed amore mala eliminet ac peccata (5). »

... « Quod sub panis et vini esse et potu se nobis Christus exhibuerit, tacite inclamat quanta siti et quanto fame in nos nostramque salutem et profectum ipse feratur (6). »

« Olim in arboribus amorem suum scribebant aman-

(1) *Œuvres*, t. III, p. 117, p. IV, Medit. x.
(2) *Œuvres*, t. IV, p. 504.
(3) *Electa Sacra. Agnus Eucharisticus. Excursus* I, p. 16.
(4) *Ibid.*, p. 17.
(5) *Ibid. Excursus* LXIII, p. 312.
(6) *Ibid.*, p. 313.

tes. Christus amoren suum certius prodidit, amantis aniəɐɯ nomen in manibus suis scripsit suo sanguine, ut diceret « Ecce in manibus meis descripsi te » (Is., XLIV, 16), suo sanguine prodidit nostri oblivionem illum nunquam invasuram. Non arborum cortice amorem suum descripsit noster amor, sed *in suo corde, quem maxime ostendit cum se sponsae suae id cibum exhibuit*, nam cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Idcirco Testamentum vocari Eucharistia solet, quia, ut ait ille (citat auctorem anonymum), in eo Christus testatus est scripto, quanto erga nos aestuaret amore, *quanta dilectione* in nos ferretur (1). »

« Summo exultavit gaudio Christus, Eucharistiae sacramentum exhibiturus, nam hac mente dicebat : Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum (Luc., XXII, 15). Annon etiam saepe agnum antea cum discipulis manducaverat? Manducaverat, sed nondum eucharisticum agnum instituerat, a quo Ecclesiae profectus nasci debebat, unde Christus gaudio perfunderetur. Scite B. Laur. Justinianus, de Christi agone, c. II : « Plurimos videns anima Christi « per hujus sacramenti institutionem futuros esse Ec- « clesiae suae fructus, *fervida caritate*, jucunda exul- « tatione, in laetissimae jubilationis vocem proripit et « ait : Desiderio desideravi (2). »

Saint Jure, S. J. († 1657) in suo libro : *De la connaissance et de l'amour de N.-S. Jésus-Christ* nobis ostendit Salvatorem ad nos venientem in SS. Sacramento *cum infinito amore*, et quidem tribus modis : intime nobis seipsum conjungit, nobis dat quidquid habet, magna pro nobis operatur (3).

(1) *Ibid.*, p. 314.
(2) *Ibid., Excursus* XLVIII, p. 197.
(3) *Œuvres*, t. II, p. 521. L. III, c. X, sect II. Dieu nous montre ce désir dans tous les mystères de sa vie.., il n'en est point où son amour se montre avec plus d'éclat que dans celui de l'Eucharistie.

Lugo, S. J. († 1660) : « Habemus ergo Eucharistiam esse Sacramentum novae legis a Christo Domino institutum, a caeteris omnibus diversum. Restat scire, quem habeat dignitatis locum inter illa. Omnes theologi fatentur esse sacramentorum omnium praestantissimum et dignissimum. Cui conclusioni satis favet Conc. Trid., Sess. XIII et alibi, illud appellans Sacramentum sanctissimum, venerabile, sacrosanctum, in quo Deus divitias sui erga homines amoris velut efffudit (1). »

Biroat († 1666) : « Hodie vero in conspectu apparet (Evangelium SS. Sacramenti) veluti ignea columna ut illius ignis secreti quem in hoc Sacramento abscondit Jesus Christus ardorem nobis et lucem et splendorem acumenque nobis revelet (2). Ostendit enim hodie Jesum Christum in altari, non solum tanquam victimam quasi extra nos oblatam, sed etiam sicut sacramentum sub cujus velamine intra nos ingreditur, *quod nobis supremum exhibeat amoris sui testimonium* nostrumque ibidem obtineat (3). Caeterum ea hujus Sacramenti institutione ejusque usu nihil aliud appetit nisi ut suum nobis et *expandat amorem* amorisque

(1) *De Euchar.*, diss. I, sect. I. 10, p. 195.

(2) « Mais aujourd'hui il se présente à nos yeux (l'évangile du S. Sacrement) comme une colonne de feu, pour nous montrer l'ardeur, la lumière, la beauté, l'acuité de ce feu secret que Jésus-Christ cache dans ce sacrement. Il montre (Jésus-Christ) aujourd'hui sur l'autel, non seulement en qualité de sacrifice où il s'offre comme hors de nous, mais encore en qualité de sacrement sous les voiles duquel il entre en dedans de nous-mêmes pour nous y donner le dernier témoignage de son amour et pour y mériter le nôtre. D'ailleurs, il ne prétend autre chose dans l'institution et dans l'usage de ce Sacrement, que de nous témoigner son amour et contenter ainsi ses flammes. Quand il est monté sur la Croix, il l'a fait par obéissance qu'il a rendue à son Père. Mais nous n'avons rien dans l'Écriture et dans les Pères qui nous puisse faire croire que le Sauveur ait reçu aucun commandement pour l'institution de l'Eucharistie; ç'a été une pure invention de son amour. » (*La Vie de J.-C. dans le S. Sacrement*, 4e Discours. *La Vie d'amour*, p. 157.)

(3) *Ibid.*, p. 160.

sensibus indulgeat (1). Prae obedientia Patri proestita in cruce exaltatus est. Quod autem mandatum receperit instituendi Eucharistiam nullibi S. Scripturae librorumque S. Patrum nec legimus nec conjicimus. *Illud merum fuit amoris inventum* (2). »

Bona († 1674) : « Eundo ad templum considera et admirare *incomprehensibilem Dei amorem* erga te; non enim satis illi fuit sub speciebus sacramentalibus suum tibi corpus et sanguinem, ipsamque divinitatem tam mirabili dignatione largiri; sed jugiter etiam usque ad consummationem saeculi in Ecclesiis asservari voluit(3). »

« Sed quod omnem superat gratiam, *passus pro me extasim amoris*, parasti in conspectu meo hanc divinissimam mensam, in qua carnem tuam in cibum et sanguinem in potum tribuisti, trahens me ad te in funiculis Adam, in vinculis caritatis (4). »

« *O quanta vis amoris cor tuum succendit,* amantissime Jesu, cum transiturus de hoc mundo ad Patrem, mensam parasti nobis habentem omne delectamentum et omnem saporem suavitatis. *Grande quidem fuit et admirabile opus amoris tui* quod naturam nostram assumere dignatus sis; sed longe praestantius et mirabilius est quod corpus tuum in cibum et sanguinem in potum reliqueris (5). »

Contenson († 1674) : « (Eucharistiae motiva.) Primum est singularis et eximia *praecipui amoris et excellentissimae dilectionis qua majorem nemo habet*, nemo habere potest, demonstratio... Motivorum omnium Christi incentivum, potissimum, finium finis, *causa causalissima fuit amor* in finem diligens modo

(1) *Ibid.*, p. 162.
(2) *Ibid.*, p. 166.
(3) *Horologium asceticum,* c. v, §§ II. *Opera,* p. 613.
(4) C. v. §§ III, p. 614.
(5) *Tractatus asceticus de Missa,* c. IV. §§ XII. *Opera*, p. 112.

qui est ultra omnem modum... non necessitatibus tantummodo nostris providens, sed usque in deliciis amans (1). »

« Percussa petra, fluxerunt aquae, petra autem erat Christus, ex eoque illa ipsa nocte qua laboribus, doloribus, opprobriis, contumeliis percutiendus traditur, profluxit Sacramentum Sacramentorum (2). »

Gibbon († 1676): « Dominus... postquam piissimo suo adventu mundum consecravit, *ardenti erga homines in dies amore flagrans* corpus... et sanguinem liberaliter effudit... Utinam *immensae isti caritati* qua Filius Dei seipsum in Sacramento et Sacrificio tradere dignatur, si non ex aequo, saltem pro posse responderent (3)! »

S. P. Eudes († 1680) : « Merito a S. Bernardo vocatur hoc divinum SS. Eucharistiae Sacramentum amor amorum; si enim proposuerimus nobis ante oculos fidei mirandos ineffabilis erga nos bonitatis Christi effectus in hoc venerabili mysterio, ex hac admirabili fornace continuo irradiantes octo videbimus flammas amoris (4). »

Et pius auctor explicat quaenam sint hae flammae amoris; deinde concludit exclamando : « Oh! quanta bonitas! quanta charitas! *quantus venerandi tui Cordis amor!* Salvator mi! Oh! quantum in te ingrati cordis humani crimen (5)! »

(1) *Theologia mentis et cordis,* lib. XI, pars II, dis. III, c. I, spec. I, pp. 224, 225.

(2) *Ibid.* spec. II, p. 229.

(3) *Spec. theol. Tract. IV de Missa,* prol., t. VI, p. 366.

(4) « C'est à bon droit que S. Bernard appelle le divin Sacrement de la très sainte Eucharistie : *amor amorum*, l'amour des amours, car si nous ouvrons les yeux de la foi, pour contempler les effets prodigieux de la bonté ineffable de Notre Sauveur au regard de nous dans cet adorable mystère, nous verrons huit flammes d'amour qui sortent continuellement de cette admirable fournaise. » (*Le Cœur admirable de la T. S. Mère de Dieu*, t. II, l. VI, c. IX, p. 355.)

(5) « Oh! quelle bonté! oh! quelle charité! oh! quel amour de votre

Gonet († 1681) : « Etsi nullum religionis mysterium sit, quod non merito ingens amoris miraculum nuncupare liceat; adeo tamen caetera superat Eucharistiae Sacramentum, adeoque insolita et stupenda complectitur, ut potiori jure *inter amoris miracula summum*, *ultimus amoris conatus*, quo vires suas experiri voluit; ultimaque meta dici possit et quo Salvator amoris sui divitias omnes effudit... Unde festive quidam dixit : Hic Herculeas divinus amor posuit fixitque columnas et dixit : non plus ultra. Scilicet *excurrit quantum potuit divinus amor,* et cum ultimam metam extremumque limitem in Eucharistiae Sacramento attigisset, spatii magnitudinem et cursus velocitatem miratus ac pene stupens stetit, positisque columnis dixit « non plus ultra (1). ».

Venerabilis P. de la Colombière, S. J. († 1682) : « Si unquam mea in hoc mysterium fides moveretur, non utique ob potentiam infinitam a Deo exhibitam, *bene vero supremum ob amorem in nos effusum vacillaret.* Quomodo id quod panis est caro fit quin panis videri desinat? Corpus hominis quomodo simul in multis locatur locis? Quomodo intra limites spatii fere indivisibilis contineri potest? Hisce quaesitis responsum subjicio invictissimum : omnipotens Deus hoc quidem potest patrare prodigia. Si vero a me quaerunt quomodo fieri possit ut Deus tantopere diligat creaturam, hominem scilicet, tam debilem et tam parum illius amore dignam, utque, hoc non obstante, illius erga hanc imbecillem creaturam amor eo tendat ardoris, exaltationis impetusve quo nusquam inter homines amoris vi captos, fateor mihi nullum suppetere

Cœur adorable, ô mon Sauveur! oh! quelle ingratitude! oh! quelle impiété! oh! quelle cruauté du cœur humain au regard de vous! » (*Le Cœur admirable de la T. S. Mère de Dieu,* t. II, l. VI, c. IX, p. 358.)

(1) *Clypeus,* vol. VI, tract. IV, quaest. 73. Praefatio, p. 263.

responsum, me nec intelligere quidem... Sacramentum altaris est amor amorum, inquit S. Bernardus, effectus scilicet amoris inter omnes maximi ; qui amor eo crescit ut dici debeat exaltatio, et exstasis, et excessus; ait enim Riccardus a S. Victore, amor excessibus vivit (1). »

Merbesius († 1684) : « Cum Christus Dominus *toto amoris impetu quo prosequebatur humanum genus* adorandum hoc Sacramentum instituerit, nemini dubium est quin nos omnes tantum amorem... rependere debeamus. Quantus autem Christi tantum mysterium instituentis in nos amor extiterit, declarat insigniter discipulus quem diligebat Jesus... « Cum, « inquit, dilexisset suos qui erant in mundo, in finem « dilexit eos. » Perinde ac si diceret Christum Jesum qui toto vitae curriculo discipulos... ingenti amore affecisset, *eos quanto maximo amoris ardore deperiit,* seu iis sacrum suum Corpus epulandum, et sanguinem potandum apponendo, *dilectionem suam ad ultimam dilectionis et beneficentiae lineam protulit* (2). »

(1) « Si au sujet de ce mystère ma foi pouvait être ébranlée, ce ne serait pas le pouvoir infini que Dieu y fait voir, qui la rendrait chancelante ; ce serait plutôt l'amour extrême qu'il nous y témoigne. Comment ce qui est pain devient-il chair sans cesser de paraître pain? Comment le corps d'un homme se trouve-t-il en même temps en plusieurs lieux? Comment peut-il être renfermé dans un espace presque indivisible? A tout cela je donne une réponse invincible : Dieu, qui peut tout, peut opérer ces prodiges. Mais si l'on me demande comment il se peut faire que Dieu aime une créature aussi faible que l'homme, aussi imparfaite, aussi peu digne de son amour; et que néanmoins son amour pour cette faible créature aille jusqu'à une sorte de passion, de transport, d'empressement tels qu'on n'en vit jamais entre les hommes : j'avoue que je n'ai point de réponse, et que je ne comprends pas même cette vérité... Le mystère de l'Eucharistie, c'est l'amour des amours, a dit S. Bernard : *Sacramentum altaris est amor amorum,* c'est-à-dire l'effet du plus grand des amours; et cet amour est un amour qui va jusqu'au transport, jusqu'à l'extase, jusqu'à l'excès; comme le dit Richard de Saint-Victor : *amor excessibus vivit.* » (*Sermon pour le jour de la Fête-Dieu. Œuvres*, t. II, pp. 57, 59.)

(2) *Sum. Christ.*, pars III, qu. XI, t. II, p. 314.

Salmanticenses (1630-1701) : « Amantium praeterea est appetere cum re amata intime copulari; hinc desiderium, et quandoque languor, dum abest; hinc gaudium in ejus praesentia; hinc, dum hoc impeditur, suspiria, et quasi animorum transfusio. Sed in Eucharistia *impetus amoris* haec obstacula fregit, pervadens usque ad intima unionis : nam Christus diligens, os dilecti ingreditur, pectus pervadit, et ad cor ipsum usque illabitur. In aliis itaque divini amoris effectibus, separatio, et distantia quaedam contingit; sed in Eucharistia adest intima praesentia, et animorum non tantum, sed et corporum copulatio. Christus quippe nascens se nobis dedit, sed in socium; patiens se nobis dedit, sed in pretium; docens se nobis dedit, sed ut magistrum; sanctificans se nobis dat, sed per gratiam creatam, donum diffusum in cordibus nostris; regnans se nobis dat, sed per lumen gloriae, quo ad tanti objecti notitiam provehimur. Verum in Eucharistia semetipsum dat, ipse dans, et ipse donum. Quocirca *divinus amor summam, quam potuit, videtur hoc sacramento invenisse intimam conjunctionem* (1). »

Dirckinck, S. J. († 1704) in opere : *Exhortatio ad religiosos,* unam habet exhortationem, in qua ostendit hoc sanctissimum Eucharistiae mysterium esse sacramentum summi amoris. « Ignis iste amoris, inquit, elucet in omnibus mysteriis vitae et mortis; sed vix in ullo luculentius, quam in sanctissimo Sacramento altaris, quod ideo vere dici potest : Sacramentum amoris... *O inauditum amoris miraculum! o incomprehensibilis affectionis amorosae excessus! o apex, o extremum summae dilectionis!* (2) »

Natalis Alexander, O. P. († 1724). Hujus auctoris

(1) Tr. XXIII, disp. I, c. IV, § 1, t. XVIII, p. 78.
(2) *Pro festo corporis Christi.* Exh. II, t. II, p. 79.

alia verba in alio capite (IV) jam protulimus. Sufficiat nunc haec pauca addere :

« Cognoscens imminere illam horam, quae in ejus erat potestate, in qua ex hoc mundo per mortem, resurrectionem et ascensionem suam transiturus erat ad Patrem : « cum dilexisset suos qui erant in « mundo », cum apostolis suis et in eorum persona omnibus electis suis, a Patre sibi datis, quos in mundo mille periculis, persecutionibus, calàmitatibus expositos relicturus erat, hucusque insignia amoris sui argumenta dedisset : « in finem dilexit eos », in fine vitae perfectos in illos *amorem evidentissimis indiciis et pretiosissimo pignore ostendit,* institutione scilicet Sacramenti Corporis et Sanguinis sui (1). »

Franciscus de Aguilar († 1725) : « Hanc requiem Dei in Eucharistia excellentiorem videamus. Verum est, quod quia in Sacramento habuit complementum sui desiderii et instituere desiderabat, sed quare ita vehementiora illa desideria fuere?... Ideo Christus desideravit vehementissime simul Sacramentum Eucharistiae, quia quamvis in aliis mysteriis suam potentiam, bonitatem, amoremque demonstrasset, *in Eucharistia majorem demonstrationem fecit et majus complementum sui desiderii in hominum beneficio.* Propter argumenta amoris, verbis, donariis et muneribus, ait Tyrinus (in c. XXII, Luc.) duplici in loco ponderat Joannes amorem erga homines per dona exhibita... In capite tertio decimo suppositione facta hujus amoris quem habuit in fine vitae suae ponderat : Cum dilexisset suos. Haec est suppositio. In finem dilexit eos. *Haec est ipsius amoris exaltatio.* Nonne amor Christi in fine amorem in incarnatione excedit ratione doni? Videtur excedere, quia adducit Evan-

(1) *Expositio in Joan.*, c. XIII, 1. *Sensus litteralis,* p. 1370.

gelista, *exaltationem illius victoriamque dilectionis* (1). »

Tournely († 1729) : « De venerabili ac divino Eucharistiae sacramento dicturi, statim in admirationem rapti, cum Augustino exclamamus... « O vinculum « charitatis » tum nostrae erga Christum, tum maxime ipsiusmet Christi erga nos quae *tanta est, tam immense ac liberaliter effusa,* ut satis ipsi non fuerit vilem et abjectam carnem redemptionis ac salutis nostrae causa in se suscepisse, verum etiam et seipsum et proprii corporis sui ac sanguinis substantiam animorum nostrorum alimoniam communicare nobis dedignatus non fuerit... Mysteriorum omnium Christi quasi summa et compendium quoddam est Eucharistia in qua divitias omnes ac thesauros potentiae suae, virtutis, amoris ac benevolentiae in genus humanum tanta pompa explicat ac diffundit. Per Incarnationem datus est nobis a Deo... In Eucharistia vero novo quodam Incarnationis modo, *novo et inaudito infiniti moris argumento* seipsum nobis intimius inserit et incorporat, propria sua carne animos pascit et confortat (2). »

Franco, S. J. († 1732) : « Sicut Baptismus sacramentum est fidei, Confirmatio vero roboris, *Eucharistia proprie Sacramentum est amoris.* In ea Deus vere summam posuit mirabilium suorum et quidem maxime ineffabilium, quae nimis, stupentibus Angelis et hominibus, omnia usui dedit amori : memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus (Ps. cx, 4) : mirabilia sapientiae quippe cum Deus infinite magnus modum detegat ineffabilem seipsum hominibus integre tradendi totum, quin tamen eos majestate sua exterreat; necnon et a nobis abscedat quin

(1) *Orbis Eucharisticus,* oratio VIII, § II, n° 26, 28, p. 115.
(2) *De Eucharistia.* Prologus, p. 1.

tamen nobiscum adesse desinat; — mirabilia potestatis eo quod *potentiam* faciens in brachio suo, omnes evertit leges naturae ut suum executioni mandet inventum; *mirabilia bonitatis* eo quod tam mirandum adhaerendi homini modum detegit, et quidem sic adhaerendi tam intime, et sese assumi tam perfecte ut esca quam sibi assimilat (1). »

« Ubinam connexionem invenies arctiorem illa quae inter utrumque existit? Eucharistia *supremum est dilectionis Jesu pignus* suos erga discipulos : in finem dilexit eos; *Cor autem ejus templum vivum est suae dilectionis.* Eucharistia perpetuum est Ecclesiae sacrificium, Cor autem Christi altare in quo peragitur. Per Eucharistiam cultus instituitur perfectissimus et purissimus quo terra caelum honorare possit, id autem sola *virtute illius Cordis inibi sem per amore divino flagrantis quin consumatur.* Ibi tandem Cor illud permanet vita gloriaque fruens, ibique excipit animas et reficit, illuminat et perficit; ideo sicut a sole ex quo irradiat non est lux dissocianda. *Ita nec a Sacratissimo Corde, divinae Eucharistiae memoria* (2). »

(1) « Comme le Baptême est le sacrement de foi, la Confirmation le sacrement de force, l'Eucharistie est proprement le sacrement d'amour. Dieu en a réellement fait l'abrégé de ses plus ineffables merveilles, et, au grand étonnement des Anges et des hommes, il les a toutes fait servir à son amour : *memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus* (Ps. cx, 4) : merveilles de sagesse lorsqu'on voit un Dieu infiniment grand inventer le moyen ineffable de se donner tout entier à l'homme, sans toutefois l'épouvanter par sa majesté, et s'éloigner de nous sans pourtant cesser de nous être présent : merveilles de puissance en ce que, déployant la force de son bras, il renverse toutes les lois de la nature, afin de mettre son invention à exécution : merveilles de bonté, en ce qu'il trouve un mode si admirable de s'unir à l'homme, et de s'unir à lui aussi intimement, et d'être à lui aussi complètement, que la nourriture qu'il s'incorpore : merveilles surtout de libéralité tout à fait inconcevable. » (*Dévotion au S. Cœur*, c. v, § v. pp. 114, 115.)

(2) « Quel rapport plus intime que celui qui existe entre ces deux

De Gallifet, S. J. († 1745) : « Unum tantum supererat quod homines desiderare potuissent, Te scilicet inter eos permanere, Teipsum possidere et Tibimetipsi ea posse exhibere signa amoris gratique animi. Ah! hunc suum si possent sperare favorem, quanta quidem felicitas! Et si ultimam a Te novamque gratiam impetrandam haberent, numquid aliam? Ad nos ergo revertere, Salvator adorabilis! Veni, Rex amoris, maximo quo possit solatium afferre populo tuo! Quonam in loco terrarum mansionem tibi eligas ubi majorem honorem amoremque teneriorem lucrari possis? — Jam ea quae promimus vota Jesus Christus antea perfecit suoque marte quod petimus peregit, ad nos reversus domum suam stabilivit, nec in breve quidem tempus sed ad finem usque saeculorum. Aliquid amplius peregit quod nec sperare nec cogitare quidem unquam sustinuissemus; sic inter nos permansurus seipsum nobis copulari voluit modo intimo et inaudito, *ejus videlicet amor prodigium hunc in finem innovavit maxime stupendum inter caetera* quae hominis illius ac Dei mentem subire possent, instituendo nempe Sacramentum altaris; seipsum speciebus panis occludendo ut hoc modo pectora nostra penetraret nobisque nutrimento inserviret, propriam carnem cibum effecit. *O incomprehensibilis amoris effectus*! *O ineffabilis charitatis Jesu Christi excessus!* Eo munere supremo muneribus finem fecit, et

objets? L'Eucharistie est le gage suprême de l'amour de Jésus pour ses disciples : *in finem dilexit eos;* mais son cœur est le temple vivant de son amour. L'Eucharistie est le sacrifice perpétuel de l'Église, son Cœur est l'autel où il s'accomplit. C'est dans l'Eucharistie que consiste le culte le plus parfait et le plus pur que la terre rende au ciel; mais cela en vertu de ce Cœur qui y brûle constamment de l'amour divin, sans se consumer. Enfin ce Cœur demeure là, vivant et glorieux; il y accueille les âmes, les fortifie, les éclaire, les perfectionne; c'est pourquoi le souvenir de la divine Eucharistie est tout aussi inséparable du S. Cœur, que la lumière est inséparable du soleil d'où elle émane. » (*Ibid.*, c. v, p. 126.)

Ipsum dicere licet etsi omnipotentem majore peracturum non posse (1). »

Beurier († 1782) : « Equidem sicut Pater aeternus nobis non poterat amorem certiorem facere nisi per Incarnationem donando Filium, sic et ipse Filius nequibat suum nobis notum aptius facere quam per Eucharistiam, nobis donando seipsum. Ideo S. Joannes hunc quem ostendit amorem, dilectionem vocat quae excessum adaequat. In finem dilexit eos. *Istius enim vi amoris actus*, ultro commoratur in altaribus nostris ut sese adorationi nostrae offerat; sponte se intra nos infert veluti escam consumendam. Ex utroque signo *agnoscamus amorem ultra modum*, et *fateamur Cordis Jesu Christi pietatem ulterius progredi non potuisse* (2). »

(1) « Une chose pouvait manquer au désir des hommes : c'était votre présence parmi eux, c'était de vous posséder, et de pouvoir ainsi vous rendre à vous-même ces marques d'amour et de reconnaissance. Ah! s'ils pouvaient espérer cette faveur, quel bonheur pour eux! Et s'il leur restait quelque nouvelle grâce à vous demander, pourraient-ils en demander une autre? Revenez donc parmi nous, adorable Sauveur! venez, ô roi d'amour, venez donner à votre peuple la plus grande consolation qu'il soit capable de recevoir! Quel lieu choisiriez-vous dans l'univers pour votre demeure où vous puissiez être et plus honoré et plus aimé? — Jésus Christ a prévenu les désirs que nous formons, il a fait de son propre mouvement ce que nous lui demandons; il est revenu parmi nous, il y a fixé sa demeure, non pour quelque temps seulement, mais jusqu'à la fin des siècles. Il a fait quelque chose de plus, quelque chose que nous n'aurions jamais osé espérer, que nous n'aurions même jamais pu penser; en demeurant ainsi parmi nous, il a voulu s'unir à nous d'une manière intime et inouïe, et son amour a inventé pour cet effet le prodige le plus étonnant qui pût tomber dans l'esprit de cet Homme-Dieu, en instituant le Sacrement de nos autels, et se renfermant sous les apparences du pain, pour venir ainsi, jusque dans nos entrailles, nous servir lui-même de nourriture, il a fait de sa propre chair notre aliment. O effet incompréhensible d'amour! ô excès ineffable de la charité de Jésus-Christ! Par ce bienfait il a mis le comble à tous les autres, et tout puissant qu'il est, on peut dire qu'il s'est mis dans l'impuissance d'en faire davantage. » (*Excellence de la dévotion au S. Cœur adorable* de *J. C.*, l. II, c. II, p. 96.)

(2) « Si le Père Eternel ne pouvait mieux nous prouver son amour qu'en nous donnant son Fils dans l'Incarnation, ce même

« Illi tam bono Deo gratias agamus, Christiani, propter *amorem quem nobis revelat* sic in altaribus nobiscum permansurus; amor enim ut perpetuo nobiscum permaneret et sic quavis hora ad Ipsum accedere possimus (1). »

S. Alphonsus-Maria de Ligorio († 1787) qui, ut optime loquitur P. Terrien, S. J. « fuit pariter et vir valde sanctus, et praeclarus theologus, et magister asceseos peritus » (2), seu ut legimus in periodico *Nouvelle Revue Théologique* qui in hoc sicut et in caeteris quae doctrinam pietatemque spectant, universae traditionis imago est (3), fere nusquam loquitur de Eucharistia quin *amorem exaltet Christi* in hoc admirabili Sacramento. Legantur v. g. sermones, et in

Fils ne pouvait mieux nous manifester le sien, qu'en se donnant lui-même à nous dans l'Eucharistie. Aussi Saint Jean appelle-t-il l'amour qu'il nous y témoigne, un amour qui va jusqu'à l'excès : *in finem dilexit eos.* En effet cet amour le porte à rester sur nos autels pour y être l'objet de nos adorations, il le porte à entrer au dedans de nous pour y être notre nourriture. A ces deux traits reconnaissons un amour excessif, et convenons que la tendresse du Cœur de Jésus ne pouvait aller plus loin. » (*Sermon pour la Fête-Dieu.*)

(1) *Le Cœur de Jésus au S. Sacrement,* t. II, p. 97.

« Bénissons-le, Chrétiens, ce Dieu de bonté, de l'amour qu'il nous témoigne en restant ainsi sur nos autels, car c'est l'amour qui l'engage à y demeurer sans cesse, afin que nous puissions à toute heure approcher de lui. » (*Ibid.,* t. II, p. 98.)

(2) « Fut à la fois un grand saint, un grand théologien et un grand maître en ascétisme » qui en ceci, comme en tout ce qui regarde la doctrine et la piété, s'est fait l'écho de la tradition. (*Marie Mère des hommes,* l. X, c. I, t. II, p. 275). — Etiam legitur in Praefatione operis S. Alphonsi : *Selva* a RR. D. Gaume editi (Paris, Gaume 1836) :

« Ce n'est point ici la pensée d'un homme qui vous est donnée pour règle de la vôtre, c'est la pensée des siècles. Ce n'est point l'Evêque de Sainte-Agathe, c'est la tradition tout entière qui prêche, qui instruit, qui défend, qui commande, qui encourage ou qui effraie. Ce livre est comme une tribune sacrée du haut de laquelle parlent tour à tour les prophètes, les apôtres, les hommes apostoliques, les martyrs, les solitaires, les plus illustres Pontifes de l'Orient et de l'Occident, les docteurs les plus fameux, les maîtres les plus habiles dans la science des saints, les successeurs de Pierre et les conciles, organes du Saint-Esprit; en un mot l'antiquité, le moyen âge, les temps modernes, l'Église tout entière (p. 9 et 10). »

(3) T. XXXV, 1903, p. 278.

genere omnia ejus opera ascetica ut « Praeparatio ad mortem, Via salutis, Visitationes ad SS. Sacramentum; Praxis amandi Jesum Christum » (1).

Sanctus Alphonsus nobis apparet tanquam praecipuus *praecursor hujus sanctissimae devotionis*, quae tam conveniebat ejus spiritui seraphico et tenerae ejus affectioni erga Christum Redemptorem. Devotionis nostrae nomen quidem ignoravit, sed objectum formale et substantiam docuit et praedicavit. Quod facile videre est in aliquot textibus quos majoris momenti ex ejus operibus excerpemus.

In Visitatione XXV ad SS. Sacramentum sic alloquitur Christum : « Loquatur tibi anima mea, *o amantissimum Cor mei Jesu, unde profluxerunt omnia sacramenta, et praesertim hoc amoris Sacramentum !...* Scio te, hoc in altari, eodem in me flagrare amore, quo flagrabas, cum divinam vitam tuam, e cruce pendens, summas inter acerbitates in sacrificium offerres (2). »

In Visitatione XXVII dicit : « Percurre ethnicorum historias, et videbis neminem, in tot fabulis totque diis quos excogitarant, eo pervenisse, ut Deum sibi hominum tam amantem fingerent, quam est verus ille noster Deus, qui, ut amorem, quo suos adoratores diligit, patefaceret, eosque suis gratiis ditaret, *tale amoris prodigium* edidit ut, socius noster effectus, diu noctuque in nostris altaribus absconditur, remanere voluerit, ne uno quidem temporis momento a nobis separari posse visus. Memoriam fecit mirabi-

(1) Cfr. Opusculum P. Krebs, *La dévotion au Cœur Eucharistique*, p. 61, etc.

(2) *Manuael Pii Sacerdotis*, p. 330. *Opere Ascetiche*, t. I, p. 393 : « Lasciate ch' io oggi parli con voi, o cuore amantissimo del mio Gesu da cui uscirono gia tutti i sacramenti, e principalmente usci questo Sacramento d'amore... Io vorrei rendere a voi tanto di gloria e d'onore, quanto voi ne rendete sacramentato nelle chiese all' eterno Padre. »

lium suorum (Ps. cx, 4). Voluisti igitur, dulcissime Jesu, miraculorum maximum patrare ut immensum illud tuum nobiscum permanendi desiderium expleres (1) ».

Et alibi (Octava SS. Sacramenti) : « Sic Jesus, nolens a nobis separari per mortem suam, *hoc amoris Sacramentum* instituit, ut nobiscum permaneret usque ad consummationem saeculi... En ipse ergo stat, ut docet fides nostra, in tot altaribus, ubi quasi in tot amoris carceribus includitur, ut inveniatur ab omnibus qui quaerunt illum... Sed hoc, Domine, objicit S. Bernardus, Majestate tua indignum est... Sufficit, ait Christus, ut *hoc dignum sit amore meo* (2). »

« Christus nobis se dederat tanquam Magistrum, exemplar et victimam; remanebat *ultimus gradus amoris*, quo se nobis dedisset in edulium, ut nobiscum unum quid fieret, sicut cibus fit unum cum sumente (3). »

(1) *Opere Ascetiche*, t. I, p. 396.

« Ed in fatti, con tutto chè i gentili si fingevano i Dei secundo i loro capricci, pure leggete le storie e vedrete che in tante favole ed in tanti Dei che inventavano, niuno è arrivato e fingersi mai un Dio così innamorato degli uomini, com' è il nostro vero Dio, che per dimostrare il suo amore à suoi adoratori e per arricchirli di grazie ha fatto un tale prodigio d'amore, di starsene fatto nostro perpetuo compagno nascosto di giorno e di notte dentro de' nostri altari, parendo ch' egli non sapesse neppure per un momento separarsi da noi. *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Dunque voi, dolcissimo Gesù mio, avete voluto fare il più grande dei vostri miracoli per soddisfare al desiderio eccessivo che avete di stare con noi sempre vicino e presente. »

(2) *Meditatio* I. *Opere Ascetiche*, t. II, p. 401.

« Non volle dunque Gesù colla sua morte separarsi da noi, ed istituì questo sacramento d'amore per trattenersi con noi sino alla fine del mundo... Ed eccolo gia, secundo c' insegna la fede, eccolo in tanti altari ove se ne sta rinchiuso come in tante prigioni d'amore per farsi trovare da ognuno che lo cerca. Ma Signore, dicea S. Bernardo, cio non conviene alla vostra maesta. Risponde Gesù Cristo : basta che convenga al mio amore. » (*Per l'ottava del SS. Sacramento.* Med. I.)

(3) *Meditatio* V. *Opere Ascetiche*, t. II, p. 405.

« Erasi egli donato a noi in maestro, in esempio ed in vittima; res-

« Recte igitur a S. Thoma hoc Sacramentum (Eucharistia) vocatur : « Sacramentum caritatis » quia *sola caritas Jesum Christum induxit, ut in eo se totum nobis daret;* « pignus caritatis » quia si unquam ejus amor in dubium nobis veniret, illud Sacramentum pignori nobis esset; ac si Redemptor, illud donum nobis relinquens, simul dixisset : Si unquam de meo amore dubitetis, ecce, in hoc Sacramento me vobis relinquo; tali pignore accepto, jam non potestis dubitare, an vos diligam multumque diligam (1). »

Tandem in Visitatione XVIII : « O mi Jesu, amore mei venisti ad commorandum in altaris Sacramento! vellem igitur noctes ac dies, si id mihi liceret, in tua praesentia detineri. Quod si angeli non desinunt tibi, mi Domine, praesentes assistere *obstupefacti amore erga nos tuo,* aequum est profecto me tibi, quem mei causa in hoc altari commorantem video, in hoc saltem me gratum exhibere, ut prope te consistam ad laudandum amorem, et quae est erga me bonitatem (2). »

Sanctus Alphonsus non tantum fuit Doctor nostrae devotionis per sua scripta, sed etiam quasi institutor, per sua exempla, cultus erga Cor Jesu Eucharisticum. Sic enim loquitur eximius auctor vitae S. Alphonsi, P. Berthe, C. SS. R. (3) : « Quadragesimo anno post ejus in civitate Nola brevem mansionem, omni feria quinta circa septimam post meridiem horam, adhuc resonabant campanarum festivi sonitus; tunc cereus ad fenestram cujusvis domus effulgebat, et si quis in

tava di darsi in cibo per farsi una stessa cosa con noi, siccone il cibo si fa la stessa cosa con chi lo mangia. » (*Per l'ottava del SS. Sacramento.* Med. V.)

(1) *Praxis amandi Jesum Christum.* Introd., § II. *Opere Ascetiche,* t. I, p. 705. In lingua latina a P. Walter C. SS. R., translata fuit. Roma, Cuggiani, 1909.

(2) *Manuale Pii Sacerdotis,* p. 307.

(3) *Vie de S. Alphonse de Liguori,* c. XII, t. I, p. 575.

urbe advena hujus ritus causam inquirebat, respondebant incolae Alphonsum de Liguorio illud inter missionem anno 1759 peractam instituisse, ad gratias Jesu Christo agendas propter eximium quod suiipsius opes S^ae Eucharistiae hominibus largitus est donum (1). »

Nonne haec est mira devotio quam Leo XIII tam clare definivit in suo Brevi 16 Februarii 1903? Nonne etiam apparet cur, mirabili divinae Providentiae consilio, commissa fuit diffusio hujus devotionis filiis Sancti Alphonsi, religiosis Sanctissimi Redemptoris?

*
* *

Ex hisce innumeris catholicae traditionis testimoniis, ultima sit vox S. Alphonsi.

In recentiori enim saeculo XIX, tot tantique sunt, ex omni lingua et natione, theologi ac auctores qui de amore Christi SS. Sacramentum instituentis optime scripserunt, ut volumen unum vix sufficeret ad eorum verba referenda.

Antiquiorum autem scripta, quae in hoc capite sunt allata sat superque stabiliunt unam esse ac unanimem vocem traditionis Christianae ad exaltandam Christi charitatem in institutione SS. Eucharistiae.

*
* *

Abunde nunc perspicuum est, propter multos, qui supra allati sunt textus, quovis saeculo, ab eo die quo in ultima Coena, S. Joannes apostolus in pectus Domini

(1) « Quarante ans après son passage dans la ville de Nole, on entendait encore, tous les jeudis, vers sept heures du soir, les cloches sonner leurs joyeuses volées; puis un cierge s'allumait à l'une des fenêtres de chaque maison. Et si quelque étranger demandait la raison de cette cérémonie, on lui répondait qu'Alphonse de Liguori l'avait instituée à la mission de 1759 pour remercier Jésus-Christ du grand don qu'il a fait de lui-même aux hommes dans la Sainte Eucharistie. »

recubuit, Sanctos Patres, Doctores ac Theologos id semper esse contemplatos, qua nempe dilectione Christus Eucharistiam instituisset. Ipsi donum eucharisticum miris laudibus extulerunt, non tamen singularis obliti amoris quo nobis hoc donum tributum est.

« Juxta eorum sententiam supra allegatam, ex latere (id est ex Corde Christi) mysteria initium sumunt (1). In isto mysterio, Christus suum dulce Cor nobis denudavit, ut sic innotesceret quantum nos amavit (2); Deus divitias sui erga homines amoris velut effudit (3); in tali dono apparet supereffluentissima largitas divinae bonitatis (4); et ideo hoc sacramentum est maximae charitatis signum (5), quia motivorum omnium Christi incentivum, potissimum, finium finis, causa causalissima fuit amor in finem diligens modo qui est ultra omnem modum (6). »

Quibus in verbis facile agnoscitur ubique notio ipsa, completa quidem ac perfecta, devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum, quam superius explanavimus. Quod si nomen abest, adest tota tamen rei substantia.

Nec dissimili ratione res se habuit in devotione erga SS. Cor Jesu. Omni aetate, modo quidem implicito, exstiterat in Ecclesia res hujus devotionis quam ipse divus Paulus affirmabat dum diceret : *Dilexit nos et tradidit semetipsum pro nobis* (7). Omnes SS. Patres ac Sancti verbis aut scriptis suis profuse sunt locuti de Christi amore in homines. Ipsi divinae charitatis mysteria, Incarnationem videlicet, Passionem, Eucharistiam, omnimodo ac perdiserte quidem laudaverunt.

(1) S. Joan. Chrysos. *P. G.*, LIX, col. 463.
(2) St. Bonaventura, VIII, p. 672.
(3) *Conc. Triden.* Sess. XIII, c. II.
(4) Albertus Magnus, XII, p. 256.
(5) St. Thomas, VII, p. 595.
(6) Contenson, t. III, p. 224.
(7) Ephes., V, 2.

Datis vero revelationibus, quibus S. Margarita Maria recreata fuit, cultus erga hanc Christi charitatem, per ejus Cor ut symbolum manifestatam, magis explicitus mox notuit, mireque propagatus, incredibile est quot fructus in animabus christianis protulerit.

Haud aliter caeterum locuti sunt Doctores et Sancti de Christi dilectione in instituenda Eucharistia. Devotione vero erga Cor Jesu Eucharisticum mens admonetur tum Christi praesentis ac permanentis in SS. altaris Sacramento, tum ejusdem nos diligentis in hoc statu sacramentali.

Ideoque hac excellenti devotione fit ut omnis qui secum Eucharistiam meditetur, simul animo contempletur Cor Jesu in finem nos diligens, suoque impulsum amore, maximum nobis relinquens donum quo nobiscum permanet et conjungitur usque ad consummationem saeculi. Non tantum spectatur effectus, scilicet ipsum donum eucharisticum, sed etiam tanti doni causa causalissima, ut ait Contenson, scilicet Cor Jesu Eucharisticum.

CAPUT VIII

De excellentia cultus erga Cor Jesu Eucharisticum.

Diutius morati sumus in evolvendo objecto materiali hujus devotionis. Omnia enim quae hactenus dicta sunt versantur praecipue circa Cor Christi prae amore hominum Eucharistiam instituentis eisque permanentis usque ad consummationem saeculi. Hanc supremam Cordis Jesu dilectionem vicissim ac unanimi voce testata sunt tum Evangelii verba, tum Sacra Liturgia, tum documenta SS. Pontificum, tum denique tota traditio catholica.

Nunc vero necesse est ut pauca saltem dicamus de objecto *formali quo* devotionis nostrae, de ea scilicet excellentia, de qua jam supra (c. I.), qua existit motiva ratio propter quam specialis cultus objecto materiali est praestandus.

Porro excellentia hujus cultus desumitur : 1° ex objecto; 2° ex ejus efficacia.

I. Ex objecto, i. e. materiali, quod est tum Cor Jesu carneum praesens in Eucharistia, tum actus supremae dilectionis quo instituit SS. altaris Sacramentum.

De excellentia Cordis Jesu in Eucharistia, nihil speciale dicendum est, quod non aptissime quadret Cordi Jesu generatim considerato. Unum est enim Cor Jesu, Cor Filii Patris aeterni, a Spiritu Sancto formatum, Verbo Dei substantialiter unitum, Majes-

tatis infinitae, templum Dei sanctum, tabernaculum Altissimi, virtutum omnium abyssus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, in quo Pater sibi bene complacuit, et ideo omni laude dignissimum (1).

Singularem vero excellentiam illius supremae dilectionis actus, qui est spirituale nostrae devotionis objectum, in dubium vocare quis posset? Objecto enim vel termino, ut aiunt, determinatur quilibet actus. Porro terminus hujus dilectionis Christi donum est optimum ac excellentissimum, quod unum omnia alia SS. Cordis Jesu dona complectitur, Eucharistiam dico per quam sacerdotum manibus Filius Dei quasi iterum incarnatur, iterum moritur sicut in cruce, iterum opus Redemptionis exercet, et electis suis pignus confert aeternae gloriae, sicut canit Ecclesia : *O sacrum convivium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis ejus, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur* (2).

Hic afferre juvat aliquod magni ponderis testimonium eruditissimi Patris Lepidi, O. P., sic loquentis : « Prae caeteris praestantissima est devotio erga Cor Jesu Eucharisticum. Ejus vero excellentia ex objecto eruitur : supremo nempe ex amore Jesu Eucharistiam instituentis qua nobiscum commoraretur, ad consummationem usque saeculi in terris crucis sacrificium instauraret suamque carnem in cibum, in potum sanguinem donaret. Quibus sane mediis nos suipsius mortis vitaeque spiritus participes fieri, sibimetipsi copulari et in semetipsum transformari intendit; et sic nos spiritu suo divino imbutos omnesque fideles in unum congregatos in unum

(1) *Litaniae SS. Cordis Jesu.*

(2) *Brev. Rom.* In festo Corporis Christis, II Vesp. Ant. ad *Magnificat.*

corpus eodem spiritu animatum sub unico capite Jesu Christo adunari. Eo modo Ecclesia una fit, Deo subjecta et dicata, Deique ancilla et amica et filia (1). »

« Hanc debemus ideam nobis effingere de devotione erga Cor Jesu Eucharisticum, si quidem totam illius metiri volumus excellentiam, necnon et in praxim deducere, si omnes illius fructus volumus percipere. Quaenam devotio unquam assimilari potest devotioni erga Cor Jesu Eucharisticum, quae quidem ipsa ultimum scopum assequitur precationis Domini : ut sint unum (2). »

II. Ex ejus efficacia, quae vere mira est et experientia quotidie comprobata.

1. *Excitat enim vehementer in cordibus amorem erga Jesum Christum.* — « Excellentissima inter omnes devotiones, inquit S. Alphonsus (3), est dilectio erga

(1) « Il n'y a pas de dévotion plus excellente que la dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus. Cette excellence provient de son objet qui n'est autre que l'amour suprême de Jésus voulant instituer l'Eucharistie, pour demeurer présent au milieu de nous, renouveler sur la terre jusqu'à la consommation des siècles le sacrifice de la croix et nous donner sa chair en nourriture et son sang en breuvage. Il veut par là nous communiquer son esprit de mort et de vie, nous unir à Lui et nous transformer en Lui; et ainsi nous pénétrer de son esprit divin, réunir tous les croyants en un seul tout et composer un seul corps animé du même esprit, sous l'unique Chef, le Christ Jésus. De la sorte l'Église est une, soumise et consacrée à Dieu, servante, amie et fille de Dieu. »

(2) « Telle est l'idée qu'il faut se former de la dévotion au Cœur Eucharistique si l'on veut en mesurer toute l'excellence, et qu'il faut faire passer dans la pratique si l'on veut en recevoir tous les bienfaits. Quelle est la dévotion comparable à la dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus puisqu'elle réalise le but final de la prière de Jésus : *ut sint unum!* qu'ils soient un ! » (Joan., XVII, 11). Garénaux, *La dévotion au Cœur Eucharistique*, pp. 7 et 8.

(3) Hic notare juvat, inter omnes Sanctos Ecclesiae Doctores, S. Alphonsum solum modo explicito de devotione erga Sacratissimum Cor Jesu scripsisse, saltem post revelationes factas S. Margaritae Mariae.

« La divozione di tutte le divozioni è l'amore a Gesù Cristo, conpensare spesso all' amore che ci ha portato e ci porta questo amabile Redentore » (*Novena SS. Cordis*, t. I, p. 409).

Christum, frequensque illius amoris memoria quem nobis exhibuit et continuo exhibet hic amantissimus Redemptor. »

Porro nihil efficacius homines ad amorem erga Christum impellit quam nostra devotio (Ipsa enim, ut verbis utar Decreti S. R. C. (die 9 Novembris 1921. — *Acta apost. Sedis*, 23 nov. 1921), « Christi fidelium corda ferventius inflammat igne divini amoris quo Dominus Noster Jesus Christus, infinita caritate in Corde suo flagrans, sanctissimam Eucharistiam instituit. »

Omnia sane pia Christi nos diligentis monumenta corda inflammant nostra, ad redamandum nos provocant. Idcirco S. Paulus amore incensus ita exclamat : « *Dilexit me et tradidit semetipsum pro me* (1). *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos* (2).

Quid vero si agitur de excessu amoris Christi nos in finem diligentis in SS. altaris Sacramento, nosque nostrum rogitantis amorem, « eo modo quo pauperculus panem (3) ». At quomodo amorem Christi commemorare possemus quin memores simul existamus Cordis Ipsius, quod est inextinguibilis fornax charitatis? Quomodo Eucharistia, opus perfectum amoris, in memoriam revocari posset, quin impellamur ad amandum, adorandum, et laudandum Cor Jesu Eucharisticum? Quo majus enim donum est, eo gratitudinem ac amorem magis provocat. Atqui donum eucharisticum inter alia dona majorem excellentiam habet ac perennitatem; quo fit ut eo aptius inflammentur corda hominum.

(1) Galat., II, 20.
(2) I Joan., IV, 19.
(3) George, C. SS. R. *Rapport au Congrès des Tourailles*, 1909. Cfr. *Revue de l'Adoration réparatrice*, 1909, p. 230.

Adde quod nostra devotio, ut infra dicetur, animas efficaciter ducit ad sanctum et divinum convivium; et communio praeterea fons est amoris divini maximus.

Optime dicit P. Terrien, S. J. : « Quodnam mysterium piis cogitationibus uberius et fructibus salutis plenius hoc mysterio amoris excogites? Salvatorem divinum, totus quoniam ipse est amor, nonne dicimus propterea solum amorem a nobis petere nosque solum amorem ei debere? Multa procul dubio sunt praecepta sed quae omnia ad amorem tendunt et coalescunt in amore. Finis autem praecepti est charitas, ait S. Paulus (I Tim., I, 5). Et alibi : Plenitudo ergo legis est dilectio (Rom., XIII, 10). Jamvero inter media quibus regnum caritatis in animabus instaurare contendit Deus, instaurandi efficacissimum et instantibus necessitatibus a misericordia divina maxime accommodatum, cultus videtur quo veneremur Jesu Christi amorem suo ipsius Corde significatum (1). » Quibus ultimis verbis haec alia subjungenda censemus : « Cultusque praesertim erga amorem Christi in suo ipsius Corde Eucharistico tanquam symbolo manifestatum. » Huic etiam transferre possumus verba quae scribebat Sancta Margarita-Maria Alacoque : « Edocuit me hanc devotionem esse sui amoris quasi ultimum conatum quo, novissimis in hisce saeculis, fidelibus favere volebat, ipsis proponendo objectum simul et medium tam

(1) « Quel mystère peut être, comme ce mystère d'amour, fécond en saintes pensées, plein de fruits de vertu? Si notre divin Sauveur est tout amour, ne doit-on pas dire, au même titre, que tout ce qu'il nous demande et tout ce que nous lui devons c'est l'amour? Sans doute, les commandements sont multiples, mais tous vont à l'amour et se réunissent dans l'amour. La fin du précepte, nous dit saint Paul, c'est la charité (I Tim., I, 5) ; la charité c'est aussi la plénitude de la loi (Rom., XIII, 10). Or de tous les moyens divinement inventés pour établir le règne de la charité dans les âmes, le plus efficace, le mieux approprié par la divine miséricorde à l'heure actuelle, c'est le culte de l'amour de Jésus-Christ symbolisé dans son Cœur. » (*La dévotion au S. Cœur*, l. II, c. II, p. 110.)

congruum ad illis suadendum amorem et amorem quidem haud debilem (1). »

Omnino igitur assentior P. Lepidi verbis quae habet in suo jam praelaudato opusculo : « In eo est totum pietatis compendium, amare scilicet Jesum Christum. Amare quippe sincere Jesum Christum est mori cum Christo et vivere in veritate de Jesu Christo. Vivere autem de Jesu Christo est vivere de Deo. Haec est summa christianae justitiae et pietatis. Quod ergo confert ad amorem Jesu Christi excitandum, confert et ad pietatem. Jamvero nihil ad excitandum amorem nostrum in Jesum Christum est efficacius, quam recogitare amorem Jesu Christi in nos; quoniam est proprium amoris, inspirare amorem; si amare piget, redamare non pigeat ». Quamvis tota vita Jesu Christi sit jugis exhibitio suae dilectionis in homines, dilectio tamen ejus magis apparet in sua passione et morte : *qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me* (2). Mira autem, singularis, ineffabilis et suprema apparet dilectio volens instituere et instituens Eucharistiam (3). Quia per ipsam, modo pleno et consummato, Christus dat se hominibus, per esum quippe et per potionem vere se commiscet visceribus nostris; per sacrificium autem se offert pro nobis ut hostiam. *Cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem* (amore videlicet perfecto et consummato) *dilexit eos* (Joan., XIII, 1). Ergo singularis ista dilectio Jesu Christi in homines, si mens eam attente recogitet et figatur in ipsa, non potest non excitare atque inflammare animam in amo-

(1) « Il me fit connaître... que cette dévotion était un dernier effort de son amour qui voulait favoriser les Chrétiens en ces derniers siècles, leur proposant un objet et un moyen en même temps si propre à les engager à l'aimer et à l'aimer solidement. » (*Vie et œuvres de S. Marguerite-Marie,* lettre 133, t. II, p. 569.)

(2) Galat. II, 20.

(3) Cfr. Biroat, cujus verba optima afferuntur in c. I, versus finem.

rem Jesu Christi ratione excellenti, singulari, ignea. Quare devotio in Cor Eucharisticum Jesu, quae est cultus Jesu Christi diligentis nos dilectione illa, quae causa exstitit institutionis sacramenti et sacrificii Eucharistiae, ad pietatem fovendam valet plurimum (1). »

2. *Est magnum salutis medium.* — Quod fuse probabitur in alio posteriore capite (c. x).

Idem jam plurimi Praelati ac Presbyteri in conventibus eucharisticis non indiserte dixerunt.

Plerique isti conventus id profitentur idque exoptant ut nempe ubique propagetur haec salutaris devotio. Inter alios, congressus Parisiensis (1888) : « Sodalitas Cordis Eucharistici maxime salutarem ac fructuosum finem prosequitur (2) » et Rhemensis (1894) in quo Ill. DD. Episcopus Leodiensis, RR. DD. Doutreloux, sic loquebatur : « Haec devotio, fidelibus bene explicata, accommodata est ad producendum maximum bonum in animabus christianis (3). » Tandem P. Tesnières, P. T. S. (Congrès de Lourdes, 1899) exclamabat : « Vitam et spem sonat vox illa, felicem eventum et victoriam auguratur omnibus quae signat piis negotiis » (4).

3. *Magnos eosque egregios fructus producit in animabus.* — Quid mirum ? Amor amorem provocat, abyssus abyssum invocat. Dilectio ergo Cordis Jesu Eucharistici suprema supremum hominis expostulat amorem. Atqui amor de se est virtus activa ; est ergo amor divinus in corde humano tanquam semen vivum ac caeleste ex quo proveniunt abundantes fructus fervoris, patientiae, humilitatis, orationis, consolationis et perseverantiae. Idque magis monstrabitur ubi de opportunitate hujus

(1) Lepidi, *De Cultu Cordis Eucharistici*, pp. 21 et 22.
(2) *Actes du Congrès de Paris*, p. 151.
(3) *Actes du Congrès*, p. 110.
(4) « C'est un nom de vie et d'espérance, un nom d'avenir et de triomphe pour toutes les saintes causes qui l'auront invoqué. » (*Actes du Congrès*, p. 412.)

devotionis, praesertim relate ad frequentem communionem.

Veritatem hanc corde uno ac voce una ii omnes proclamant qui ipsam saluberrimam devotionem fervide sunt amplexi. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*, ait Christus in Evangelio (Matth., VII, 20). Quis posset dicere quot fructus evocaverit aut aluerit in multorum cordibus? Quantos dolores sedaverit! Quantasque illuminaverit tenebras! Quot studiosa opera inspiraverit, actusque aut gratitudinis aut amoris excitaverit! Quot homines Christum in Tabernaculo saepe derelictum consolati fuerint! Quot christiani adorationis vel reparationis muneribus in ecclesiis aut sacellis derelictis aut profanatis misericordiam efflagitaverint divinam pro ingratis et sacrilegis! Id solum enarrare valeret Ipsum Cor Jesu Eucharisticum, cui gloria, honor, virtus, et benedictio in saecula saeculorum.

CAPUT IX

De convenientia specialis cultus Cordi Jesu Eucharistico deferendi.

Eucharistici congressus fere omnes in optatis habuerunt ut egregia haec erga Cor Jesu Eucharisticum devotio ubique propagaretur (1).

Qui quidem consensus, si solus spectatur, stat pro nostra devotione opportunum argumentum. Quis enim existimet errasse omnes hos congressus, dum enixe postularent ut cultus SS. Cordis Eucharistici ubique terrarum diffunderetur? Ad alia tamen argumenta placet recurrere.

Non quaeritur hoc loco utrum ille cultus legitimus existat necne. Jam antea in Capite I monstratum est Cor Jesu Eucharisticum jure esse adorandum et quidem cultu latriae. Omnia praeterea quae in tractatibus theologicis disseruntur de cultu erga SS. Cor Jesu, eadem conveniunt et Cordi Jesu Eucharistico : haud enim duplex est Cor Jesu, sed unum.

Probatur liceitas cultus Cordis Jesu, tum auctoritate Ecclesiae, tum fidelium consensu, tum denique ratione. Jamvero his omnibus defenditur ac confirmatur cultus Cordis Jesu Eucharistici. Per quatuor enim Summos Pontifices, per innumeros Cardinales et Episcopos, per supremam etiam S. Officii Congregationem, devotio haec laudes atque *ecclesiasticam approbationem*

(1) Garénaux, *La dévotion au Cœur Eucharistique*, pp. 191 et sqq.

nacta est, ut supra vidimus (c. VI); et insuper fuit pretiosissimis indulgentiis ditata. Jamvero cujusvis cultus legitima existentia eorum auctoritate sane probatur quibus a Christo id officii commissum est ut religiosi cultus integra puritas conservaretur, Ecclesiam dico docentem.

Fidelium consensus gravissimum est etiam veritatis argumentum, ut optime ait P. Terrien, S. J : « Inter signa consecrationis divinae quae inclinant ad sanctionem canonicam, notetur insuper propensio quam experiuntur animae specialiter a Deo gratiis ditatae ad actus, qui novam cultus formam constituent, et pia populi fidelis sedulitas ad illam amplexandam ubi publice geritur (1). » Quae omnia idonea certe sunt et nostrae devotioni canonice promovendae, uti res probatur sive celeri ac universali diffusione tum cultus erga Cor Jesu Eucharisticum, tum archisodalitatis fidelium et societatis sacerdotum, sive veneratione insuper imaginum et unanimi omnium invocatione, quod videre licet in periodico : *Revue de l'Archiconfrérie du Cœur Eucharistique* (2).

Ipsa enim *ratio* naturalis probat hunc cultum exis-

(1) « Il faut noter aussi, parmi les signes de la bénédiction de Dieu qui préparent la sanction canonique, l'attrait des âmes privilégiées pour les pratiques qui constitueront la nouvelle forme de culte et l'empressement du peuple fidèle à l'embrasser, quand elle commence à se produire en public. » (*Le Sacré Cœur*, l. IV, c. V, p. 332.)

(2) « *Fidelium devotio.* Fideles enim, sub instinctu Spiritus Sancti duci possunt ad melius intelligenda et credenda ea quae pietatem fovent et cultum, et consequenter ad favendum profectui dogmatis. Revera murmur fidelium contra Nestorium non parum profuit ad definiendam Maternitatem divinam B. Virginis et eorum pietas maxime studia theologorum stimulavit in negotio Immaculatae Conceptionis. » (Hervé, *Theologia Dogmatica*, t. III, p. 294.)

D D. Tanquerey, loquens de causis et occasione progressus dogmatici sic loquitur :

« Causae A) Progressus dogmatici causa principalis et invisibilis est assistentia Spiritus Sancti, qui superiorum et fidelium mentes illuminat et dirigit, ita ut lucidior obtineatur intelligentia dogmatum, juxta promissum Christi : « Ille vos docebit omnia et suggeret vobis

tere legitimum, et quidem iisdem argumentis ac illa quae cultum fovent Cordis Jesu : sumuntur ista ex parte objecti spiritualis, ex parte motivorum, ex parte finis (1).

His omnibus eximie stabilitur liceitas cultus erga Cor Jesu Eucharisticum. Ill. Cardinalis Amette aiebat (1903) : « Vix meditatione opus est ut probetur quisque quam legitima et pulchra sit haec erga SS. Cor Jesu devotionis forma (2). »

Sed, ut in titulo hujusce capituli expressum fuit, agitur hic praecipue de convenientia specialis cultus Cordi Jesu Eucharistico deferendi : *cultum* dico non tantum *internum*, qui totus in internis intellectus et voluntatis actibus reponitur, quales sunt, v. g. actus fidei, spei, charitatis, et gratitudinis, etc... sed etiam *cultum externum* qui externis actibus ministerio corporis exercetur, puta, oratione vocali, cantu, etc...

Cultus externus subdividitur in *privatum* et *publicum*. *Privatus* dicitur qui Deo exhibetur ab homine ut persona privata (3); *publicus* seu *liturgicus* ille est

omnia quaecumque dixero vobis (Joan., XIX, 26), c. Alia causa secundaria profectus dogmatici est fidelium devotio. Spiritus enim Dei dirigit non solum Episcopos et theologos, sed etiam fideles, praesertim in iis quae ad cultum et devotionem spectant. Ita relate ad privilegium B. M. V et ad theologiam S. Cordis Jesu, non parum profuit piorum devotio; amor enim oculos mentis acuit et praeparat ad melius intelligenda omnia mysteria quae pietatem fovent. Fidelium vero devotio externo ecclesiae magisterio dirigi debet, secundum haec verba Leonis XIII (Litt. *Testem benevolentiae*, 22 jan. 1899). S. Spiritus admonitiones et impulsiones plerumque non sine quodam externi magisterii adjumento ac veluti comparatione persentiuntur. Ipse, ad rem Augustinus, in bonis arboribus cooperatur fructum, qui et forinsecus rigat atque excolit per quemlibet ministrum et per se dat intrinsecus incrementum. » (Tanquerey, *Theol Dogmatica*, t. II, pp. 176, 177.)

(2) « Il n'est pas besoin de réfléchir pour comprendre combien est légitime et belle cette forme de la dévotion au S. Cœur. » (Herrmann, n° 994. (*Revue de l'Adoration Réparatrice*, 1903, p. 136.)

(3) Herrmann, n° 44.

qui exhibetur nomine et auctoritate Ecclesiae, et in forma ab ea praescripta (1).

De culto privato nihil speciale superest dicendum quippe quem, ut vidimus, ecclesiastica auctoritas sancivit ac approbavit (2).

Agitur modo de *cultu publico, seu liturgico.*

Possemus quidem notare Ecclesiam, quum ea semel cultum approbavit Cordi Jesu tribuendum, eo ipso cultum erga Cor Jesu Eucharisticum tacite approbasse : utraque enim devotio unum et idem Cor, Cor Christi nempe, veneratur, et inter utramque, ut supra dictum est, nulla substantialis adest distinctio. Jamvero quis non miretur Ecclesiae sapientiam simul ac prudentiam in approbando et concedendo aliquo cultu liturgico. Quam jure extollit P Terrien, S. J., his sequentibus verbis : « Ad solam Ecclesiam pertinet novas cultus formas auctoritate sua sancire, sicuti soli ipsi competit jus promulgandi novas doctrinae explanationes. Sed in neutro casu incaute et sine diligenti praemeditatione procedit. Antequam veritatem aliquam dogmaticam fidei credentium proponere decernat, expectat donec ad hoc moveatur concursu circumstantiarum quibus voluntas Dei manifeste declaretur : quae sunt : necessitas videlicet tuendi depositum fidei adversus haereticos, Spiritus Sancti moventis instinctu, aut pietas fidelium incitans sicut contigit de Immaculata Conceptione B. Mariae Virginis definienda. Has vero propositiones brevi promulgandas Ecclesia quam accurate perdiscit, diligenter perpendit, et presse definit.

« Nec aliter in cultum catholicum instituuntur de-

(1) Marc, *Theologia moralis,* n° 531. — Jules Thomas, lib. V, c. III, p. 398.

(2) Cfr. responsionem S. Officii ad Em. Card. Amette, 3 Aprilis 1915; *Acta Apost. Sedis,* 1915, p. 205.

votiones novae, nec incaute, nec inconsulte ab Ecclesia probantur quae ut in illis digitus Dei agnoscatur necesse est (1). »

Hunc agnovit Ecclesia in devotione nostra, et cultui privato Cordis Jesu Eucharistici jam suffragata, voluit tandem ut cultus etiam publicus huic amantissimo Cordi tribueretur.

Prodiit enim, die 9ª Novembris 1921, sequens Decretum S. Congregationis Rituum :

Decretum.

Romana, Die 9ª Novembris 1921.

Instantibus compluribus Reverendissimis Ordinariis dioecesium, Sanctissimus Dominus noster Benedictus Papa XV, referente infrascripto Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, Officium proprium cum respondente Missa *Sacratissimi Cordis Jesu Eucharistici* exhibitum et ab ipsa Sacra Congregatione revisum, prouti in separato prostat exemplari, approbare dignatus est, illudque feria V post octavam Sanctissimi Corporis Christi adhibendum decrevit.

Peculiaris ratio et finis hujus Festi cum Officio et Missa propriis, ad commemorandum Domini Nostri Jesu Christi amorem in Eucharistiae mysterio, enucleatius explicatur

(1) « C'est à l'Église qu'il appartient de sanctionner de son autorité les nouvelles formes du culte, comme elle seule a le droit de promulguer de nouvelles définitions doctrinales. Mais ni dans l'un ni dans l'autre cas, elle n'agit à l'improviste et sans une préparation convenable. Pour qu'elle se décide à proposer une vérité dogmatique à la croyance des fidèles, il faut qu'elle y soit amenée par des circonstances où se manifeste la volonté de Dieu : ou bien, c'est la nécessité de défendre le dépôt de la foi contre les hérétiques, sous le mouvement du S. Esprit qui la pousse; ou bien c'est la piété des fidèles qui la sollicite comme il est arrivé pour le dogme de l'Immaculée Conception. Et comme ces jugements sont étudiés, pesés, mûris, avant d'être définitivement portés !

« Les dévotions nouvelles n'entrent pas autrement dans le culte catholique. Ce n'est pas inconsidérément et sans cause que l'Église les admet. Il faut qu'elle y reconnaisse le doigt de Dieu. » (*Le S. Cœur*, l. IV, c. v, p. 331.)

in Sacris Litteris et in operibus sanctorum Ecclesiae Patrum ac Doctorum, atque etiam innuitur in illa pia, usitata et a Summo Pontifice Pio VII probata oratione : *Ecco fin dove é giunta,* etc. (1). Insimul in iteratis supplicantium precibus ipsiusque Beatissimi Patris votis alter finis est, mediante hoc Festo, magis excitare in christifidelium animis fiduciam et accessum in Sanctissimae Eucharistiae mysterium, eorumque corda ferventius inflammare igne divini amoris quo Dominus Noster Jesus Christus, infinita caritate in Corde suo flagrans, sanctissimam Eucharistiam instituit, suosque discipulos in eodem sacratissimo Corde suo custodit ac diligit, vivens et manens in eis sicut ipsi vivunt et manent in illo, qui in ejusdem sanctissimae Eucharistiae mysterio se nobis offert ac donat, victimam, socium, cibum, viaticum et futurae gloriae pignus.

Hoc autem Festum eadem Sanctitas sua clero saeculari hujus Almae Urbis et singulis dioecesibus petentibus, sub ritu duplici majori benigne concessit, servatis de cetero Rubricis atque Apostolicae Sedis decretis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Die 9ª Novembris 1921.

A. Card. Vico,
Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus.

Alexander Verde,
Secretarius (2).

Agendum ergo est nunc de convenientia specialis hujus cultus Cordi Jesu Eucharistico tribuendi! Quam eo modo placet confirmare.

Quaelibet actio Christi, quaelibetve manifestatio magnae ac specialis dilectionis Christi in homines, quae potest fundamentum esse alicujus specialis devotionis et fideles ad specialem perfectionem conducit, potest esse etiam objectum specialis cultus publici.

(1) *Raccolta di orazioni et pie opere per le quali sono state concesse dal Sommi Pontefici le sante indulgenze.* Rome, 1898, p. 106, n. 73.

(2) *Acta Apostolicae Sedis.* Die 23ª Novembris 1921.

Ejusmodi vero est divina Christi Infantia, quae nobis tam suaviter manifestat amorem Verbi : *semet-ipsum exinanivit, formam servi accipiens, et habitu inventus ut homo* (Phil., II, 7), nosque suo exemplo cohortatur ad humilitatem, ad obedientiam, ad innocentiam, omnesque primae aetatis virtutes, sine quibus, teste Evangelio (Matt., XVIII, 3) non intratur in regnum caelorum.

Ejusmodi est etiam Passio Christi, cum omnibus ejus circumstantiis, suppliciis, atque instrumentis etiam. Ideo specialis cultus tribuitur Cordi Jesu in agonia posito, flagellationi, coronae spineae, clavis, lanceae, Christi quinque plagis et pretiosissimo sanguini, etc. Rationem affert Innocentius VI, in suo decreto pro festo Lanceae et clavorum instituendo. « In Redemptoris nostri Domini Jesu Christi sacratissima passione sic nos gloriari oportet, ut ipsius passionis cuncta mysteria dinumerantes et merita, singulis etiam ejus salutaribus instrumentis gloriemur (1)... Dignum reputamus, si de ipsius passionis specialibus instrumentis, et praesertim in partibus in quibus instrumenta ipsa dicuntur haberi, speciale, festum celebretur, nosque Christi fideles in eorum devotione divinis officiis specialiter foveamus (2) ».

Si ergo Ecclesiae placuit speciali cultu Christi passionis instrumenta venerari, quippe quae sacra Salvatoris membra tetigerunt quae speciale tormentum in ejusdem dolorosa Passione passa sunt, quanto magis cultus SS. Cordi Jesu Eucharistico exhibendus est specialis, cum in SS. Sacramento nobis in memoriam revocat, tum vitam suam in infantia absconditam :

(1) Benedictus XIV, *De Canonizatione Sanctorum. Opera*, l. IV, pars II, c. XXXI, n. 18, p. 701, t. IV.

(2) In Breviario Romano nondum reformato a Pio X. — In festis pro aliquibus locis. Feria VI post Dom. I Quadrag.

vere tu es Deus absconditus (Is., XLV, 15), tum passionem suam : *nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti* (1).

Quod utique summopere decet *ob charitatem Christo referendam*. Quo majorem enim nobis exhibet dilectionem, eo dignior est cujus recolatur dilectio haec per laudis actus nempe, adorationis, amoris et gratitudinis. Atqui, ut saepe saepius dictum est in hoc tractatu (2), suprema est dilectio Christi qua desideravit manducare nobiscum pascha eucharisticum, et desiderium suum implevit in ultima Coena, instituendo SS. Eucharistiam, *in finem dilexit* (3). Dignissimum ideo est Cor Jesu Eucharisticum, cujus tantam dilectionem devotione agnoscamus quadam speciali. Quod idem fuit a SS. PP. Leone XIII quondam in audientia privata ita declaratum : « Actus ille amoris quo excogitata fuit Eucharistia dignus est qui peculiari devotione honoretur (4). »

Qui cultus praeterea decet *ob hominis bonum,* ut optime exponit P. Terrien, S. J. : « Haec agendi ratio Ecclesiae non tantum Christi sponsi amore suadetur, sed et tenera sollicitudine erga Christianos omnes quorum mater est. Non ipsam latet sanctissima Verbi incarnati humanitate auxilium haberi a Providentia dispositum quo ad cognitionem, cultum et possessionem divinae Bonitatis erigeremur. Nullum est vitae Salvatoris mysterium, nullave suae venerabilis personae perfectio, in lucem prolata, unde non effluat virtus vivifica in illos qui ea contemplantur iisque pascuntur.. Mirabili sane consilio Ecclesia divinae Sapientiae instinctu devotioni fidelium

(1) *Collect. missae, SS. Sacramenti.*
(2) Cfr. Biroat cujus verba allegantur in c. I, versus finem.
(3) Joan., XIII, 1.
(4) Garénaux, *La dévotion au Cœur Eucharistique*, p. 65.

vicissim proponit in variis vitae mortalis temporibus eorum Dominum et Magistrum, quippe cum nullum sit tempus quod gratiam peculiarem secum non afferat, nullumve quod Christiano non praebeat exemplum viresque et solatium (1). » Ubinam vero reperiet christianus tam magnam dilectionem, tam mira exempla, tamque supereffluentem fortitudinis ac consolationis fontem, quam in Corde Eucharistico, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae, quod est fornax ardens charitatis fonsque totius consolationis?

Pergit P. Terrien : « Adjiciemusne ultimam rationem quo plurima exstant eaque varia festa Deo Salvatori sacra? Licet omnes unius ejusdemque naturae simus consortes, uniuscujusque studium, habilitas ac propensio quasi in infinitum multiplicantur. Qua universali lege nec ipse quidem ordo gratiae est immunis. Quem amabilis Jesu infantis consideratio movet, remissum relinquit ejusdem gloriosae resurrectionis meditatio; alterum vero qui forsan aridus frigidusque staret coram praesepe et stabulo, in gratos amantesque animi sensus videbis erumpentem, Jesum si spinis coronatum suîque propter amorem crucifixum contemplandum obtuleris. Devotio autem

(1) « Cette conduite, ce n'est pas seulement l'amour de l'Époux qui doit l'inspirer à la sainte Église; c'est, et plus encore, la tendre sollicitude qu'elle a pour les chrétiens dont elle est la mère. Elle n'ignore pas que la sainte humanité du Verbe fait chair est le secours providentiellement préparé pour nous élever à la connaissance, au culte, à la possession de la divine bonté. Pas un mystère dans la vie du Sauveur des hommes, pas une seule des perfections qu'il nous a visiblement manifestées dans sa personne adorable, d'où ne sorte une vertu vivifiante pour qui les contemple et s'en nourrit. — C'est donc par un merveilleux conseil que l'Église, sous la direction de la divine sagesse, offre successivement à la dévotion des fidèles leur Seigneur et Maître dans les diverses étapes de sa vie mortelle : il n'en est aucune qui n'apporte sa grâce spéciale, aucune où le chrétien ne trouve exemple, force et consolation. » (Terrien, *Le Sacré-Cœur*, l. II, c. II, p. 109.)

erga Jesu Christi amorem sub divini Cordis signo apta videtur ad desideria omnium explenda necnon et ad animas oblectandas. Quantumvis enim diversae sint hominum propensiones, nullus est quem non delectet cogitare se amatum, nullus quem taedeat amari. Jamvero amor Dei nostri est quasi manna novum quod multo aptius ac antiquum ad gustum edentis accommodatur, suave nempe et leve animabus teneris, forte cordibus magnanimis, solamen afflictis plenum et firmum, sua denique multiplici virtute ostendens quanta sit erga filios pietas Patris caelestis qui illud nobis largitus est (1). »

Facile perspicitur omnia haec talia esse ut de SS. Corde Jesu Eucharistico crederes dicta. Cor enim Jesu Eucharisticum, supremae qua nos prosequebatur dilectionis gratia, seipsum verum *panem de caelo praestitit nobis, omne delectamentum in se habentem* (2). Inde fit ut, temporibus hodiernis, multi cujuslibet gentis fideles, instinctu divino quasi moti, confugiant ad ta-

(1) Terrien, *Le Sacré Cœur*, l. II, c. II, pp. 110 et seq. :

« Dirons-nous encore une dernière raison qui fait multiplier et diversifier les solennités consacrées au Divin Sauveur? Bien que tous nous soyons d'une seule et commune nature, les goûts, les aptitudes, les attraits diffèrent à l'infini. L'ordre de la grâce n'échappe pas à cette loi générale. Tel sera touché de l'aimable enfance de Jésus, que toutes les gloires de la résurrection laisseront presque insensible, tel autre qui peut-être demeurait sec et froid devant la crèche et l'étable, se fondra de reconnaissance et d'amour, si vous lui présentez son Dieu couronné d'épines et crucifié pour lui. La dévotion à l'amour de Jésus, sous le symbole du divin Cœur, semble faite pour satisfaire tous les goûts et plaire à toutes les âmes. Quelque différentes en effet que puissent être les inclinations des hommes, il n'est personne au monde qui ne soit heureux de penser à l'amour qu'on lui porte, ou se fatigue d'être aimé. L'amour de notre Dieu est comme une manne nouvelle, s'accommodant mille fois mieux que l'ancienne à la volonté de qui la mange : suave et délicate pour les âmes tendres, forte pour les cœurs vigoureux, pleine et solide consolation pour les affligés, prouvant enfin par sa multiple vertu combien grande est envers ses enfants la douceur du Père céleste qui nous l'a donnée. »

(2) Sap., XVI, 20.

bernaculum, ut omnia auxilia, omnes gratias, ex eo cujusvis boni fonte hauriant de quo prophetavit Zacharias dicens : *In illa die erit fons patens domui David et habitantibus Jerusalem* (1).

Quam rem testans pius quidam auctor scribebat : « Inter inclinationes quae nobis hodiedum spem majorem afferunt, merito computatur ille pietatis sensus qui animas ad tabernaculum dirigit et numerum auget sodalitatum quarum finis est venerabilem nostrum Salvatorem in Sacramento sui amoris honorare. Videntur enim animae quarum fides viva adhuc superest, necessitatem experiri propius ad sacram Eucharistiam, verum divini amoris fontem, accedendi, dulcique ac vivifico ardore Cordis Jesu incalescendi ardendique pio fervore caritatis (2). »

Duo supradicta argumenta, ex amore Christi vel ex bono hominis repetita, thesim nostram jam satis stabiliunt. Nunc autem probanda manet specialis cultus erga Cor Jesu Eucharisticum convenientia *argumento intrinseco, id est ex natura ipsa hujus cultus petita.*

Quo vero clarius ac perfectius intelligatur natura hujus cultus, opportunum est in memoriam revocare tres esse praecipuas devotiones quae sacram Salvatoris Christi Dei humanitatem recolunt : devotio nempe erga SS. Sacramentum, quae versatur circa personam Christi realiter et substantialiter praesentem in augustissimo altaris sacramento; devotio erga SS.

(1) Zacharias, XIII, 1.

(2) « Une des tendances les plus consolantes de notre époque, c'est ce mouvement religieux qui pousse les âmes vers le Tabernacle et multiplie les associations qui ont pour but d'honorer notre adorable Sauveur dans le Sacrement de son amour. Il semble en effet que les âmes en qui la foi est encore vivante, éprouvent le besoin de se rapprocher de la sainte Eucharistie, de ce vrai foyer de l'amour divin, et de venir s'échauffer, s'embraser des saintes ardeurs de la charité, à la douce et vivifiante chaleur du Cœur de Jésus. » (*La passion du Cœur de Jésus renouvelée dans l'Eucharistie.* Introduction.)

Cor Jesu, quae considerat et veneratur Cor Domini nostri in statu vitae suae mortalis et prassibilis; devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, quae paecipue recolit tum Cor Jesu praesens in Eucharistia, tum praecipue actum illum supremae dilectionis quo Eucharistiam instituit Cor Jesu divinum, quandoquidem miraculum excogitavit amoris quo omnia vitae suae mortalis et passibilis renovat novo modo.

Tres sunt enim modi existendi, vel status, humanitatis Christi.

Alius est status vitae passibilis et mortalis. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* (1). Sed cum venit plenitudo temporis, corpus assumpsit humanum humanamque animam in una Verbi persona conjuncta. Tunc vero *in terris visus est et cum hominibus conversatus est* (2), verus Deus-Homo, Verbum caro factum; homines salutis veritates docuit, sua in illos beneficia congessit, tandemque pro suo in eos amore pati ac mori non est dedignatus. Ita est primus Christi existendi modus, passibilis scilicet ac mortalis ejus vita ; cui respondet devotio erga SS. Cor Jesu, quae mysteria recolendo vitae mortisve Ipsius, honorem praeprimis defert amori Christi tanquam cunctorum ejus bonorum fonti.

Alius est status gloriae, cujus particeps est Christi humanitas in coelo existens, ubi Angeli necnon et Beati Cor ejus adorant, ubi vero nobis eam sequi jam non licet : *quo ego vado, vos non potestis venire* (3).

Alius denique status est Christi, ipsa nempe ejus vita sacramentalis. Cum dilexisset suos qui erant in mundo, noluit illos derelinquere. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sae-*

(1) Joan., I. 1.
(2) Baruch., III, 38.
(3) Joan., XIII, 33.

culi (1). Quum in terris semper vivere non posset, erat quippe causa salutis nostrae propriam vitam in cruce traditurus; quum dein ex hoc mundo ad Patrem suum erat transiturus, quid rei egit? Stupendum utique amoris miraculum : *in finem dilexit eos* (2). Novum excogitavit existendi modum quo, licet ressuscitatus et glorificatus, posset quasi sub velo remanere nobiscum usque ad consummationem saeculi, ope verborum consecrationis quotidie in altari renasci, modo incruento cruentum crucis sacrificium iterum consummare, uno verbo renovare et ad omnia loca ac tempora extendere omnia vitae suae mortalis et passibilis mysteria. — Et hic est status sacramentalis, qui maxime dilectionem Christi nobis patefacit : nam si *magnam dilectionem habet qui animam suam dat pro amicis suis* (3); quantum utique ille qui perpetuo quasi renascitur, suam jugiter vitam profusurus atque immolaturus! Huic quidem modo ineffabili quo Christus sub speciebus sacramentalibus existit, respondet devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, quae actum recolit dilectionis supremum quo Christus excogitavit, edidit ac perpetuo renovat SS. Eucharistiae donum. Quoniam vero solemus pluris aestimare donantis amorem quam donum, amor enim, ait Angelicus (4) habet rationem doni primi, cultui ergo erga SS. Sacramentum ab Ecclesia jam approbato intime jungimus amorem Cordi Jesu Eucharistiam tribuenti deferendum; et sic habemus devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum.

Porro, nonne meretur specialem devotionem singularemve cultum Christi specialis existendi modus, in quantum est fructus dilectionis specialis ac supremae?

(1) Matt., XXVIII, 20.
(2) Joan., XIII, 1.
(3) Joan., XV, 13.
(4) *Sum. Theolog.*, p. I, q. 38, art. 2, t. I, p. 154.

Atqui, ut diximus, vita Christi eucharistica non est aliquis modus vitae suae mortalis, sed est vita omnino specialis, distincta, peculiaris, quam Christus, ineffabili sua dilectione ductus, elegit.

Devotio erga Cor Jesu recolit in genere omnia dilectionis Christi testimonia. Haec autem dilectio duobus praecipue modis se manifestavit : vita mortali Salvatoris, et Ejus vita eucharistica. Inde duae distinctae devotiones, una Cor Jesu recolens, propter hanc dilectionem qua Ipse ingressus mundum, pro nobis pati et mori voluit; — altera vero erga Cor Jesu Eucharisticum propter supremam dilectionem qua Christus, nobiscum jugiter permanendi cupidus, modum existendi novum, sacramentalem scilicet elegit.

Liquet semper agi de eodem Corde, ejusdem amoris symbolo, non sunt enim Christo bina corda; quoniam vero amor Cordis Jesu duplici modo manifestus apparuit, nonne licitum, imo conveniens est ut utrique amoris modo cultus tribuatur specialis?

Devotio erga Cor Jesu consistit praecipue in memorando : commemorat enim praeprimis dolorosam Christi passionis memoriam; ideoque ut symbolum habet Cor Jesu lancea perforatum, spinis coronatum, cum cruce superposita. In officio etiam Breviarii Romani, die festo SS. Cordis Jesu, praecipue celebratur passio Christi, uti videmus ad Matutinum in Invitatorio quod debet, juxta liturgistas naturam festi quodam modo exprimere (1), dicitur enim : *Christum pro nobis passum, venite adoremus.*

Devotio autem erga Cor Jesu Eucharisticum, ipsum

(1) Benedictus XIV, *De canonizatione Sanctorum*, lib. IV, p. II, c. XXXI, n° 21. Opera Benedicti XIV, t. IV, p. 702. En verba sua : His verbis usus est in Invitatorio, in quo praesertim proponitur intentio Ecclesiae. — A Carpo, *Bibliotheca liturgica*, pars II, c. II, art. III, p. 181, n° 14). Muzzarelli, *Dévotion et culte du S. C. de Jésus*, p. 36. — Thomas, *La théorie de la dévotion au S. Cœur*, p. 33.

Cor Jesu veneratur, vivens, flagrans amore, commorans nobiscum, ac declarans inter homines suas se delicias optimas invenire. Christus enim Dominus non tantum vixit in terra, nec vivit solum in coelo, sed ubicumque adest hostia consecrata. In hac hostia adest sacrum ejus Corpus, ac propterea etiam Cor ipsius. Nonne ergo summopere convenit ut ei Ipsi ubi loci reperitur, videlicet in SS. Sacramento, obsequia offerantur nostra?... Inconsultus sane agere videretur qui Cor Jesu quaereret ubi jam amplius non adest, videlicet in ejus vita mortali, — vel ubi non sumus, scilicet in coelo ubi a curia coelesti honoratur, dum hoc amantissimum Cor iis in locis solum relinqueret ubi adorationes exspectat nostras in Eucharistia praesens, in qua nempe vere adest Cor Jesu, immensa ea semper dilectione flagrans qua ardebat supremum SS. instituens Sacramentum (1). Non ita revera agebat S. Alphonsus quandoquidem in praefatione suae in honorem SS. Cordis Jesu suscipienda novenae aiebat : « Sum enixus ut satisfiat animarum devotioni quae Christum diligunt, quaeque student ut, per istam novenam, *honoretur Cor ipsius amantissimum in altaris Sacramento* ope piarum considerationum atque affectionum (2). » Nec ita agebat praeclara illa mulier, vulgo nuncupata « Soror Maria a divino Corde » quae tantopere versata est in diffusione cultus Cordis Jesu tribuendi; aiebat enim illa : « Nunquam a Sacratissima Eucharistia Cor Jesu disjungere poteram, quippe cum illud Cor sacrum vere sit praesens tanquam pars pretiosissimi Corporis Domini nostri. Effigies quidem in oculis corporis exhibebat, quod fides, mentis ocu-

(1) Tesnières, *Somme de la Prédication Eucharistique*. Le Cœur de Jésus, t. I, p. 101. — George, *Rapport au Congrès des Tourailles*. *Revue de l'Arch. du C. E,* 1909, p. 229.

(2) *Opere ascetiche*, t. II, p. 412.

lis; cor autem meum flammis divini amoris ardebat (1). » Haud alio modo recolit devotio nostra statum sacramentalem Cordis Domini. Quando ergo veneramur Cor Eucharisticum in tabernaculo inclusum, veneramur una et Eucharistiae sacramentum et dilectionem Cordis Christi illam instituentis. Ideoque simulacro nostrae devotionis repraesentatur Christus SS. Eucharistiam instituens, gerensque medio in pectore depictum venerabile Ipsius Cor unde cum omnia tum potissimum hoc amoris Sacramentum effluxerunt.

*
* *

At dicat forsan aliquis devotione erga Cor Jesu Eucharisticum everti laudabilem alteram devotionem erga SS. Cor Jesu.

Minime gentium! Eodem modo quemadmodum haec non evertitur devotione erga Cor Jesu agonia oppressum; quemadmodum devotionem erga Passionem non destruunt devotiones illae quibus speciali honore aut quinque plagae Christi, aut Facies ejus veneranda, aut sanguis ejusdem pretiosissimus recoluntur. Devotiones has omnes probat Ecclesia, quia in Christo, uti diximus, omnia adoratione latriae digna sunt, atque praeterea adest in his omnibus ratio specialis cultus.

Nedum cultum SS. Cordi Jesu tribuendum offendat praelaudata devotio, hunc potius complet et perficit, eumdem intime consociando cum devotione erga SS. Sacramentum. Haud secus enim ac in rebus naturalibus, devotiones plurimae temporis decursu progressio-

(1) « Jamais je ne pouvais séparer le Cœur de Jésus de la Sainte Eucharistie, puisque ce Cœur sacré s'y trouve véritablement présent comme partie du très précieux corps de Notre-Seigneur. L'image représentait aux yeux du corps ce que la foi montrait aux yeux de l'âme, et mon cœur était embrasé des flammes du divin amour. » *Vie de la Sœur Marie du Divin Cœur*, p. 43.)

nem nanciscuntur. Res sane ita processit devotioni erga Cor Jesu, quae ante XXII^um saeculum vix erat cognita nec nisi apud paucissimos in usum deducta. Cujus rei causam quondam hisce S. Gertrudem docebat S. Joannes Evangelista : « Meum profecto erat novellae adhuc Ecclesiae, inquiebat Apostolus, de increati Dei Patris Verbo unum describere verbum, de quo usque in finem mundi sufficienter capere posset intellectus generis humani totus, quamvis a nullo tamen unquam plene possit comprehendi. Eloquentia autem suavitatis pulsum istorum reservata est moderno tempori, ut ex talium audientia recalescat jam senescens et amore Dei torpescens mundus (1). » Devotio in SS. Cor Jesu videtur equidem manifestata fuisse atque evulgata ad fidem una cum pietate refocillandam in animabus. Aliquantulum quidem temporis, piae animae SS. Cordi Jesu sub speciebus eucharisticis latitanti reverentiam detulerunt; paulatim vero doloribus potius atque virtutibus Cordis Jesu vitam degentis mortalem studuerunt. Modo enim sensibili magis movent haec hominum corda; ideoque devotio propensior mox fuit ad Cor Jesu lancea perforatum recolendum. Licet talia Eum delectent obsequia, ope tamen hujus devotionis divinum Cor Jesu nondum fuit tantum cognitum atque omnibus patefactum quantum voluerat. Nam ut supra jam dictum est, Ecclesia speciali modo passibilem ac mortalem Salvatoris vitam revereri in animo habuit (2). Implicite tantum designatur vita Jesu

(1) *Legatus Divinae Pietatis,* l. IV, c. IV. *Opera S. Gertrudis*, t. I, p. 305.

(2) Ne haec assertio quibusdam insolita ac forsan temeraria videatur, illam tum ex verbis SS. Pontificum, tum ex Sacra Liturgia stabilire liceat.

Jam *Clemens XIII*, in decreto suo 26 Januarii 1765, sic loquitur : hujus Missae et Officii celebratione non aliud agi, quam ampliari cultum jam institutum, et symbolice renovari memoriam illius divini amoris, quo Unigenitus Dei Filius humanam suscepit naturam, et factus obe-

diens usque ad mortem, praebere se dixit exemplum hominibus, quod esset mitis et humilis corde (Nilles, *De rationibus festorum S^mi Cordis Jesu et Mariae*, 1885, T. I, p. 152.

Similiter *Pius VI* tribus diplomatibus Bullario Romano insertis declaravit, per extensionem ejusdem festi SS. Cordis id efficere se voluisse « ut Jesu Christi Domini nostri passionis et mortis pro generis humani redemptione amantissime initae memoria et veneratio in dies augeretur, utque fideles in ejusdem Domini passionem majori usque devotione ac pietate afficerentur » (Nilles, t. I, p. 344).

Pius VII pariter duobus Brevibus in Bullario contentis, idcirco supplicationibus pro concessione festi Sacratissimi Cordis ipsi porrectis, satisfecisse se testatur, quod « ad nimiam Christi Domini patientis et pro humani generis redemptione morientis caritatem ferventius recolendam, Sacratissimi Cordis Jesu cultum et venerationem in dies augeri vehementer desiderarent pii fideles » (Nilles, t. I, p. 345).

Audiamus tandem *Pium IX* in decreto extensionis festi, diei 23 Augusti 1856 : « Idcirco, ait Ipse, (hoc festum) in universa Ecclesia quotannis agi mandasse, quod nova cuperet praebere incitamenta fidelibus ad amandum, redamandum, amplectendum vulneratum Cor ejus, qui dilexit nos et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. » Idem S. Pontifex, in Brevi Beatificationis Margaritae-Mariae Alacoque, sic exclamat : « Ecquis tam durus ac ferreus sit, quin moveatur ad redamandum Cor illud suavissimum idcirco transfixum ac vulneratum lancea, ut animus ibi noster quoddam quasi latibulum ac perfugium habeat?... Ecquis non provocetur ad prosequendum omni observantiae studio Cor illud sacratissimum, cujus ex vulnere aqua et sanguis, fons scilicet nostrae vitae ac salutis effluxit?»(Nilles t. I, p.346.)

Nec tantum in his mere doctrinalibus documentis inquirere debemus intimam naturam hujus cultus erga SS. Cor Jesu ; hanc manifestat etiam Ecclesia in suis liturgicis monumentis, in officiis scilicet approbatis ; nam, ut ait S. Caelestinus Papa « legem credendi lex statuat supplicandi » (*P. L.* col. 535). Jamvero, teste Benedicto XIV, in invitatorio ad Matutinum invenire est intentionem Ecclesiae circa devotionem quam celebrat officium (*De canonizatione Sanctorum*, p. II, c. XXXI, n° 21. *Opera Benedicti XIV*, t. IV, p. 702).

Tria fuerunt officia approbata ad colendum SS. Cor Jesu. *Primum* die 30 Martii 1697, concessa fuit Missa quinque vulnerum Christi, pro Monialibus totius ordinis Visitationis (Nilles, t. I, p. 23). In officio vero quinque vulnerum, canitur in invitatorio ad Matutinum : *Christum in cruce crucifixum... venite adoremus* (Breviarium, olim in Proprio pro aliquibus locis). *Secundum* officium, et quidem in honorem SS. Cordis Jesu, die 26 Januarii 1765 a Clemente XIII concessum fuit (Nilles, t. I, p. 152). In hoc, sic legitur invitatorium : *Christum pro nobis passum venite adoremus* (Breviarium Romanum). *Tertium* tandem anno 1799 a Pio VI approbatum est, in quo ad Matutinum canitur : *Cor Jesu charitatis victimam venite adoremus* (Nilles, t. I, 257).

In omnibus hisce officiis, fere unice agitur de Passione D. N. Jesu Christi, de Ipsius doloribus, et de amore quem pro nobis patiendo exhibuit. Antiphonae, lectiones, responsoria, capitula, hymni, omnia haec Passionem dominicam commemorant ac celebrant. In Missa, epistolae, evangelia, praefationes circa eamdam Passionem versantur.

Ita ut Caeremoniarum Magister SS. Rituum Congregationis, in

eucharistica, quamvis Christus expressis verbis Sanctae Margaritae Mariae confirmaverit velle se ut Cordi suo in Eucharistia deferantur honores. « Ab hominibus in hoc SS^mo^ Sacramento honorandum esse ardenter sitio (1). » Ipse etiam P. Croiset, S. J., qui diu fuit director conscientiae S. Margaritae-Mariae sic loquitur : « Finis ea devotione propositus est ut primo agnoscamus et pro viribus veneremur frequenti videlicet adoratione, dilectione mutua, gratiarum actionibus et cujusvis generis obsequiis, omnes amoris et pietatis sensus quos erga nos fovet Jesus Christus in adorabili Eucharistia, ubi nihilo minus tam parum ab hominibus agnoscitur, vel saltem tam parum diligitur ab iis qui illum agnoscunt. In hoc tantum proprie consistit ista devotio, ut ardenter Jesum Christum in perpetuum commorantem nobiscum in adorabili Eucharistia amemus amoremque fervidum exhibeamus, dolendo scilicet quod ab hominibus tam parum diligatur et honoretur, aptisque insuper rationibus utendo quibus iste compensetur contemptus et dilectionis inopia (2). » Quapropter

caetu Sacrae Congregationis celebrato die 11 Augusti 1860, dicere non dubitaverit : Ratio passionis praecipue emicat in officio Cordis Jesu (Nilles, t. I, p. 343. — Cfr. etiam Leroy, *Les litanies du S. Cœur*, c. II, p. 29).

(1) « J'ai une soif ardente *d'être honoré des hommes dans le Saint Sacrement.* » (*Vie et Oeuvres de la S^te^*, t. I, p. 244, manchette 256.)

(2) « La fin qu'on se propose dans cette dévotion, c'est premièrement de reconnaître et d'honorer autant qu'il est en nous, par nos fréquentes adorations, par un retour d'amour, par nos remerciements et par toute sorte d'hommages, tous les sentiments *d'amour et de tendresse que Jésus-Christ a pour nous dans l'adorable Eucharistie*, où cependant il est si peu connu des hommes, ou du moins si peu aimé de ceux dont il est connu. » Et addit « : Toute cette dévotion ne consiste, à proprement parler, qu'à aimer ardemment Jésus-Christ que nous avons sans cesse avec nous *dans l'adorable Eucharistie* et à lui témoigner cet ardent amour par le regret que l'on a de le voir si peu aimé et si peu honoré des hommes et par les moyens que l'on prend pour réparer ce mépris et ce peu d'amour. » (Croiset, *La dévotion au S. C.*, c. I, p. 10.)

introducta fuisse videtur, non sine divino consilio, devotio in Cor Jesu Eucharisticum, quae, juxta eam quam accepimus interpretationem, consummat et perficit devotionem erga Cor Jesu, Ipsiusque optatis respondet evulgando notionem suavissimae illius dilectionis in ultima saecula reservatam.

Utinam hanc omnes animae amplectantur quo tutius propria ipsarum sanctificatio, celeriusque S. Matris Ecclesiae triumphus procuretur!

*
* *

Iterum forsan dicat aliquis : at satis multae devotiones sunt in SS. Cor Jesu et in SS. Sacramentum! Eccur adhuc nova haec devotio?

Nova utique est devotio in Cor Jesu Eucharisticum si formam inspicias et vocabulum, minime vero si rem hujusce cultus consideres. Ortum enim habuit in ultima Coena in Coenaculo celebrata, primique devoti in Cor Jesu Eucharisticum fuerunt Apostoli. Praeterea jam ab origine Christianismi implicite venerabantur illum actum supremae dilectionis, uti vidimus in verbis SS. Patrum allatis. Non est devotio nova, nova vero forma, novum vocabulum (1) magnae et unicae devotionis quae recte vocatur religio *amoris. Spiritus ubi vult spirat* (2). Omnes animae non iisdem devotionibus alliciuntur, nec omni tempore easdem habent necessitates. Quapropter haud rejicienda est aliqua devotio, ob hanc solam causam quia est nova. Eae novitates jure quidem damnantur quae doctrinae fidei per traditionem transmissae non consentiunt; sunt autem novitates etiam justae ac legitimae, quae ex primitivo fonte effluunt et

(1) Kirfel, C. SS. R., *Bericht über die Andacht zum Eucharistischen Hersen Jesu*, p. 13.
(2) Joan., III. 8.

nunquam illum perturbant. Apparent tempore a divina Providentia statuto, viamque conantur pergere suam, sub arbitrio, directione, et benevola auctoritate Pastorum S. Ecclesiae. Haud secus est ipsamet in Cor Jesu Eucharisticum tantopere commendabilis devotio.

Audiamus autem P. Terrien, S. J. : « Nec quae de fide diximus absunt, comparatione servata, a cultu Legis evangelicae. Ab uno enim tum ista tum illa procedunt auctore et consummatore fidei Jesu Christo supremo Domino supremoque sacerdote. Non ejusdem paris necessitatis sunt diversae partes liturgiae catholicae. Si quaedam sunt veluti fundamenta, sacrificium videlicet, sacramentorum dispensatio, publica oratio, omnes denique quibus, ut imo verbo dicam, essentia Legis gratiae constituitur, aliae quidem excogitari possunt salutares et sanctae et quarum tamen sub Ecclesiae primordia nec necessaria nec imo possibilis erat institutio. Unde non improvisus notetur in forma cultus externi progressio similis ei quam revelationis intelligentia animadvertimus. Procul dubio jam in antecessum primitiva liturgia omnem excludit novitatem quae sit contraria vel in semetipsa radicem et fundamentum non haberet, et cum cultus in fide fundetur, fidesque in cultu refulgeat, eo ipso omnem vetat agendi consuetudinem quae a fide discrepat. Evolutionem vero congruentem eorum quae jam includit germine appetit nedum prohibeat. Velut arbor viridis virgultorum ornari tegmine decet et fructibus suo ipsius succo procreatis suaeque speciei convenientibus (1). »

(1) « Ce que nous avons dit de la croyance, se retrouve, proportion gardée, dans le culte de la Loi évangélique. Celui-ci, comme celle-là, nous vient de l'auteur et consommateur de notre foi, Jésus-Christ souverain Maître et souverain Prêtre. Les différentes parties de la liturgie catholique ne sont pas toutes d'une égale nécessité. S'il y en a de fondamentales, comme le sacrifice, l'administration des

Idem etsi aliis verbis perdiserte dicit Ill. D. Bougaud, agens de devotione erga Cor Jesu quam impugnabant Jansenistae : « Devotionem erga Sacratissimum Cor novitatis insimulabant, quasi Ecclesia sibi prohibuisset possetve sibi unquam prohibere devotiones novas. Non idem ac dogma sonat devotio quae est actus amoris. Ecclesiam vetare quin habeat devotiones novas, cohibere est ardentem ignem quominus novas in coelum emittat scintillas, cohibere est cor amantissimum quominus nova unquam voce perennem imisque visceribus penitus inhaerentem renovet amorem. Jam abhinc annis nongentis et mille ad pedes Jesu Christi in cruce morientis provoluta illum adorat et diligit Ecclesia, quin propterea existimes illam ratione eadem sub diversis temporibus suum praestitisse amorem. Tempora fuerunt inter quae pedes ejus pro nobis ex itinere fatigatos praeprimis osculati sunt fideles, et tempora autem inter qnae fronte ejus spinis coronato vultuque lacrymis perfuso imprimis commovebantur. Ad pectus nunc conscendimus ut Cordi osculum demus ejusque flammarum igne et ardore renovemur. Oh! insulsi qui Ecclesiam oppugnatis! Nobis haud egredientibus ex immutabilis veritatis finibus quibus nosmetipsos circumscribimus, cadaveris arte incorruptibilis nomen datis; egredientibus

Sacrements, la prière publique, toutes celles, en un mot, qui constituent l'essence de la loi de grâce, on en peut concevoir d'autres, utiles et saintes, et dont pourtant l'institution n'était ni nécessaire, ni même possible dès le premier âge de l'Église. Par suite, il faut nous attendre à retrouver dans les formes du culte extérieur un progrès analogue à celui que nous constatons dans l'intelligence de la révélation. Sans doute, la liturgie primitive exclut par avance toute nouveauté qui lui serait contraire, ou n'aurait pas en elle sa racine et son fondement; et parce que le culte est basé sur la croyance et la reflète, elle exclut du même coup toute pratique en désaccord avec la foi. Mais, loin de le repousser, elle appelle tout développement harmonieux de ce qu'elle contient en germe. Arbre vivant, il faut qu'elle se couronne de rameaux et de fruits, nés de sa sève et conformes à sa nature. » (Terrien, *Le S. Cœur,* l. IV, c. v, p. 327.)

autem amoremque cordis secretum denudantibus probrum objicitis quod novitatem redolemus ; sicque probe quidem et ignoratis et blasphematis duplicem sublimemque Ecclesiae notam : fidei videlicet immutabilitatem progressumque amoris (1). »

« (1) On disait que la dévotion au Sacré Cœur était une dévotion nouvelle. Comme si l'Église s'était interdit et pouvait jamais s'interdire les dévotions nouvelles. Une dévotion n'est pas un dogme, c'est un acte d'amour. Demander à l'Église de n'avoir pas de dévotions nouvelles, c'est demander à un foyer ardent de ne pas pousser vers le ciel de nouvelles étincelles, c'est demander à un cœur qui aime de s'enfermer dans les mêmes manifestations de tendresse et de ne rajeunir jamais, par une expression nouvelle, l'immuable amour qui fait le fond de son âme. Il y a 1900 ans que Jésus-Christ est mort sur une Croix et que l'Église s'agenouille à ses pieds, l'y adore et l'y aime, mais ne vous imaginez pas qu'elle ait eu, à toutes les époques, la même manière de lui témoigner cet amour. Il y a des temps où ce qu'elle baisait de préférence, c'étaient ses pieds qui s'étaient fatigués pour nous, et d'autres où ce qui touchait le plus profondément les âmes, c'était son front couronné d'épines, sa sainte face sillonnée de larmes. Aujourd'hui nous montons jusqu'à sa poitrine, où nous baisons son Cœur, afin de nous réchauffer et de nous embraser davantage. Étranges gens que vous êtes, vous qui attaquez l'Église ! Si nous ne marchons pas, si nous nous enfermons dans nos dogmes immuables, vous dites que nous sommes des momies. Et si nous marchons, si nous déployons l'amour qui est en nous, vous dites que nous inventons des nouveautés, ignorant ainsi et blasphémant le double et sublime caractère de l'Église : l'immutalité de la foi et la marche de l'amour. » (Bougaud, *Vie de la B. Marguerite-Marie*, c. XVI, p. 386. — Cfr. etiam apud Nilles, t. 18. 23, *Objectiones Promotoris fidei contra novam devotionem erga S. Cor Jesu et replicationes Postulatoris causae.*)

Leroy, *De SS. Corde Jesu ejusque cultu,* n° 90, pp. 98-99 ; n° 80-81, pp. 88-89.

CAPUT X

De opportunitate cultus erga Cor Jesu Eucharisticum.

Nulla certe opportunius venit devotio quam ea sane quae cultum in SS. Eucharistiam a Pio X tantopere commendatum promovet, quae regiae Christi potestati favet ipsiusque juribus restituendis, quaeque optimum est atque efficax remedium quo luctuosae hujus aetatis malis omnibus opituletur. Talis est devotio erga Cor Jesu Eucharisticum. Quod nunc per partes est demonstrandum,

I. *Promovet cultum in SS. Eucharistiam a SS. PP. Pio X tantopere commendatum.* — Quod notavit S. R. C. in suo Decreto diei 9 Novembris 1921 (*Acta apost. Sedis*, die 23 Nov. 1921) : « Alter finis est, ait ipsa, mediante hoc Festo, magis excitare in christifidelium animis fiduciam et accessum in Sanctissimae Eucharistiae mysterium. »

Peculiarem hanc efficaciam ipse agnovit SS. PP. Pius X, uti colligitur e litteris ad RR. DD. Heylen episcopum Namurcensem directis (16 Julii 1906) : « Ne vel minimum quidem dubium nobis est quod ea tantum conditione amor cultusque erga SS. Eucharistiam expandetur dum scilicet intimius scrutentur, prout necessario fert dignitas tanti Sacramenti, deinque edoceant vulgus illum erga nos Dei amorem acerri-

mum nusquam nempe radiis emicantem splendidioribus ac in mysterio divini convivii (1). »

In Brevi insuper 12 Novembris 1906, quo largiebatur pretiosa indulgentia sodalibus archiconfraternitatis SS. Cordis Jesu Eucharistici lucranda, idem Pius X dicebat : « Nos ut societas quae hoc potissimum tam gravi tempore, precum apostolatu christianam plebem ad divini amoris mysterium, recolendum excitat, iteratum voluntatis Nostrae pignus nanciscatur (2). »

Quae res etiam Em. Cardinalem Vicarium Parocchi non fugiebat : « Nihil temporibus nostris, (inquiebat ille 22 Martii 1888) opportunius invenire est quo pietas christiana alatur necnon et devotio erga Sacratissimum Sacramentum altaris tum adjumentum tum incrementum habeat, adorationesque augeantur (3). »

De hoc uno ore consentiunt omnes Conventus eucharistici. Sufficiat unius alteriusve verba referre. Romae (1905) acclamatum est votum quod in hunc modum enuntiaverunt : « Animadvertentes devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum inter media promovendi SS. Eucharistiae notionem, amorem et usum esse unum ex efficacissimis (4)... » Isdem verbis usus est Conventus Tornacensis (1906) (5). In Madritensi Con-

(1) « Il est hors de doute pour Nous que l'amour et le culte de l'auguste Eucharistie *ne peuvent progresser qu'à la condition qu'on étudie plus à fond* — ainsi que l'exige la dignité du Sacrement — et qu'on vulgarise ensuite dans les masses, *le très actif amour* de Dieu pour nous, lequel ne brille nulle part d'un plus vif éclat que *dans le mystère du banquet divin.* » (*Actes du Congrès Eucharistique de Tournai,* p. 40.)

(2) Cfr. Appendice.

(3) « On ne saurait rien trouver de plus opportun en notre temps, pour alimenter la piété chrétienne... ainsi que pour favoriser et accroître la dévotion envers l'auguste sacrement de l'autel et multiplier les adorations. » (*Actes du Congrès de Lourdes,* 1899, p. 399.)

(4) « Considérant que la dévotion au Cœur Eucharistique est un des moyens les plus efficaces pour faire mieux connaître, aimer et fréquenter la Sainte Eucharistie... » (*Actes du Congrès de Rome,* p. 412.)

(5) *Actes du Congrès de Tournai,* p. 407.

gressu (1911), R. P. J. B. Lemius, O. M. I., relationem super hac nostra devotione legens, aiebat : « In praesentia cum cuilibet animae christianae in votis esse debeat ut mentem assequatur Summi Pontificis, nulla nobis ars est negligenda qua fides animarum et amor erga SS. Eucharistiam majora in dies incrementa capiant. Jamvero devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, erga hanc dilectionem Eucharistiae effectricem, inter omnia quibus uti possumus adjumenta efficacissimum est quo in Jesum Hostiam fidelium mutuo gratorum amantiumque animorum sensus excitentur. » Idemque relationi clausulam imponens, votum hoc, quod fuit omnibus acceptum, edixit :

« Animadvertentes devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum unum ex efficacissimis adjumentis quo fide et amore accendantur animae fidelium necnon et adjuventur quae propius ad Eucharistiam accedendo votis Summi Pontificis obsequantur (1)... »

Quid enim efficacius allicit animas quam recordatio dilectionis Christi in SS. Sacramento inclusi?... Quum animo enim occurrit cogitatio haec, Jesum scilicet, ob suum in nos amorem, factum esse nobis in Tabernaculo captivum, in Sacrificio victimam, in S. Communione animae cibum ac potum, tum cor hominis mox allectum ad Eucharistiam impellitur, atque mirabundum, simul-

(1) « A cette heure où toute âme chrétienne doit avoir à cœur d'entrer dans les désirs du Souverain Pontife, nous ne devons négliger aucun des moyens capables d'exciter dans les âmes la foi et l'amour envers la S. Eucharistie. Or la dévotion au Cœur Eucharistique, à l'amour créateur de l'Eucharistie, est, de tous les moyens que nous pouvons employer, le plus efficace pour susciter dans les âmes un retour de reconnaissance ét d'amour envers Jésus-Hostie. » (*Actes du Congrès de Tournai*, p. 407.)

« Considérant que la dévotion au Cœur Eucharistique est un des moyens les plus efficaces pour aviver la foi et l'amour dans les âmes et les aider à répondre aux désirs du Souverain Pontife en les rapprochant de l'Eucharistie... » (*Revue de l'Archiconfrérie du C. E.*, 1911, pp. 233 et 241.)

que gratitudine et amore repletum exclamat : *Post te curremus in odorem unguentorum tuorum* (1), scilicet in odorem dilectionis qui erumpit e SS. Corde Jesu Eucharistico. Haec summa efficacia *praecipue apparet ubi de S. Communione agitur*, uti agnoscebatur in Londiniensi Congressu (1908) hocce voto : « Animadvertentes felices effectus quos ex devotione erga Cor Jesu Eucharisticum enasciturós jure meritoque speramus, promovendo praesertim communiones frequentes easque fervidas(2). »

Decretum *Sacra Tridentina Synodus* (20 Decembr. 1905) ubi de frequenti communione haec habet : Desiderium Jesu Christi et Ecclesiae, ut omnes Christi fideles quotidie ad sacrum convivium accedant, in eo potissimum est ut Christi fideles, per Sacramentum Deo conjuncti, robur inde capiant... Sanctitas Sua, cum ipsi cordi sit, ea qua pollet sollicitudine et studio, ut christianus populus ad sacrum convivium perquam frequenter et etiam quotidie advocetur ejusque fructibus amplissimis potiatur (3). »

In Decreto vero S. Cong. Indulgentiarum (14 Feb. 1906) ea ipsa leguntur : « Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X vel maxime cordi est, ut efficacius in dies propagetur uberioresque edat virtutum omnium fructus laudabilis illa ac Deo valde accepta consuetudo, quâ fideles, in statu gratiae rectaque cum mente, ad sacram Communionem quotidie sumendam accedant (4). »

Porro devotio erga Cor Jesu Eucharisticum vehe-

(1) Cant., I, 3.

(2) « Considérant les heureux résuitats que la dévotion au Cœur Eucharistique est appelée à produire, spécialement en favorisant la fréquence et la ferveur des communions. » (*Revue de l'adoration réparatrice*, 1908, p. 297.)

(3) *Acta Pii X*, vol. II, p. 250.

(4) *L'Ami du Clergé*, 1906, p. 296.

menter suadet ut pareatur Christi et Ecclesiae mandatis; eadem enim amorem exaltat Christi seipsum in Eucharistia donantis, desiderantis hoc ineffabile pascha manducare nobiscum, omnesque ad illud mirabile convivium vocantis his verbis : *Venite, comedite, amici,... bibite... inebriamini, charissimi* (1). Ille amor amorem sane succendit in eorum cordibus qui dilectionem Christi meditantur, eosque sancto inflammat desiderio sese arcte conjungendi cum Jesu qui in deliciis habet et permanere cum filiis hominum et cum ipsis uniri.

Re quidem vera sola fides satis est ad trahendas animas. Ecquis enim cogitare potest Christum esse ipsum in Eucharistia praesentem, ecquis illum audire potest dum dicit : *Ego sum panis vitae* (2)... *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis... non habebitis vitam in vobis* (3); quin protinus ad Eucharistiam eo modo advolet quo apis ad flores, quo cervus ad fontem, quo puer ad ubera matris?

Sed eheu! fides in multis hominibus languet, immemor ac infirma. Inde fit ut flebiliter sacram deserant Communionem. Amor autem corda vincit, ideo dicitur : *magnes amoris amor*; quamobrem Christus sibi vindicans haec Prophetae verba : *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis* (4), voluit nos maximis amoris sui testimoniis trahi, ac praesertim Eucharistia qua *in finem dilexit nos* (5). Nulla res enim tam efficaciter corda devincit hominum quam illud amoris miraculum quod est SS. Eucharistia. Ex eo quod magni reputatur donum, impellitur donatarius ad hoc ut dono ipse bene utatur. Hominum igitur

(1) Cant., v, 1.
(2) Joan., vi, 35.
(3) Joan., vi, 54.
(4) Osé, xi, 4.
(5) Joan., xiii, 1.

negligentia eorumque sacrae Communionis incuria ex hac causa oritur quia parvi faciunt Eucharistiae donum. *Si scires donum Dei* (1)! Atqui devotio nostra hujus doni excellentiam perfecte patefacit magnumque ejus pretium. Ipsa nobis commonstrat Jesum Christum se dantem ac dicentem : *Caro mea vere est cibus* (1). Cibus vero monstratur atque porrigitur non aspiciendus tantum, sed et sumendus praesertim, ut nempe eo vescamur et sustentemur. Ideo existit devotio in Cor Jesu Eucharisticum medium inter multa efficacissimum quo frequens necnon et fervens Communio valeat promoveri.

Quod optimis verbis demonstrat R. P. Garénaux, C. SS. R. : « Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum majorem in dies aestimationem ingerit Christiano illius supremi amoris qui Eucharistiam donavit eamque per communionem praesertim donare vult. Jamvero mensam sacram quonammodo deserere vellet? Cor enim ejus ardet caritate, ipsaque caritate ad pedes Dei caritatis trahitur. Jam tunc eadem caritas communionum ipsi regula fit, si ita loqui fas est. Adhuc non quaerit quoties jubeatur, quin etiam quoties liceat cum Jesu Christo conjungi. Moerorem suscipit maximum si vel semel quidem divino pane privatur; esurit enim sititque Eucharistiam. Eum ipsa etiam caritas cogit qui amorem quemvis inordinatum abrumpat et cor expurget, ne Magister divinus aliquid offendat molestum oculis onerosumque amori. Fidelis ille non mera consuetudine, non vana gloria, neque alio quovis humano fine ductus ad sacram Synaxim accedit, sed amore amorisque incrementi desiderio, demum ne multis moremur, ipsa caritas communionum fervo-

(1) Joan., IV, 10.
(2) Joan., VI, 56.

em alit. Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum illum edocet ad sacram accedere velle, accedere « saepe, accedere fervide (1). »

III. *Haec devotio favet regiae potestati Christi ejusque juribus restituendis.*

Ubique, in omnibus hujus nostri temporis societatibus, negantur suprema jura Christi, qui tamen in omnes gaudet suprema auctoritate (2), tum jure creationis : *Domini est terra et plenitudo ejus* (3), tum jure redemptionis : *in hoc enim Christus mortuus est et resurrexit ut et mortuorum et vivorum dominetur* (4), tum jure donationis Dei : *Dabo tibi gentes haereditatem tuam* (5). Uno verbo, Christus est rex, et non tantum totius Ecclesiae sed et totius mundi. *Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus* (6).

Et tamen ubique gentium Christus exulat tum e

(1) « La dévotion au Cœur Eucharistique donne au chrétien une idée de plus en plus parfaite de cet amour suprême, qui lui a donné l'Eucharistie, qui veut surtout la lui donner par la Communion. Dès lors comment voudrait-il encore déserter la table sainte? La charité s'enflamme dans son cœur, et c'est la charité qui l'amène aux pieds du Dieu de charité. Dès lors aussi, c'est la charité qui devient, si je puis ainsi parler, le régulateur de ses communions. Il ne demande plus combien de fois il lui est ordonné, mais combien de fois il lui est permis de s'unir à Jésus-Christ. Son grand sacrifice est de manquer une communion, il a faim et soif de l'Eucharistie. C'est encore la charité qui lui fait briser toute attache désordonnée et purifier son cœur, afin que le divin Maître n'y trouve rien qui puisse offusquer ses regards et blesser son amour. Ce chrétien ne va pas communier par routine, par vanité, par des motifs humains, mais par amour et pour augmenter cet amour; en un mot, c'est la charité qui assure la ferveur de ses communions... La dévotion au Cœur Eucharistique lui enseigne à vouloir communier, à communier fréquemment, à communier fervemment. » (*Rapport au Congrès Euch. de Londres,* 1908. *Revue de l'Adoration Réparatrice,* 1908, p. 295.)

(2) Ep., litteras Encyclicas PP. Pii XI, die 11 Decembris 1925.

(3) Ps. XXIII, 1.

(4) Rom., XIV, 9.

(5) Ps. II, 8.

(6) Ps. II, 6.

legibus, tum e cordibus hominum : *Nolumus hunc regnare super nos* (1). Et revera, rejicitur ille e scientiis, litteris et artibus, e scholis, e societate domestica, politica ac civili. *Oportet autem illum regnare* (2) in mentibus, in cordibus, et in moribus, ut solemniter affirmatum et promulgatum est in Congressu Eucharistico Lapurdensi (1914) ; ideo necessario cognoscendus est et amandus. Atqui Cor ejus Eucharisticum est quasi sol veritatis et fons amoris. In tantum enim revelatur illud ipsum quantum cognoscitur ejus in homines dilectio ; quae procul dubio nullibi magis quam in Eucharistia apparet. Ista enim Illum nobis manifestat ac dilargitur in altari victimam, in tabernaculo exilii comitem nostri, in S. Communione cibum nostrum, ut exclamat S. Augustinus : « Ignis qui semper luces, amor qui semper ardes, dulcis Christe, bone Jesu, lumen aeternum et indeficiens, panis vitae qui nos reficis, et in te non deficis (3). » Cognoscatur ergo et ametur Cor Jesu Eucharisticum ; homines tunc necnon et gentes supremam ejus agnoscent auctoritatem et regnabit Christus in terris per donum sui amoris, per S. Eucharistiam.

III. *Haec in Cor Jesu Eucharisticum devotio optimum est et efficax remedium ad sananda omnia luctuosae hujus aetatis mala.* — Jam enim suo tempore aiebat S. Ambrosius : « Qui vulnus habet medicinam requirit : vulnus est, quia sub peccato sumus, medicina est caeleste et venerabile Sacramentum (4). »

a) *Remedium optimum*, quia in Eucharistia ipsum Cor Jesu fit nostrum remedium, ut animadvertit S. Bernardus seu auctor coaevus : « Panis iste per

(1) Luc., XIX, 14.
(2) I Cor., XV, 25.
(3) In Manuali *P. L.*, XL, col. 956.
(4) *De Sacramentis*, l, V, c. IV. P. L., XVI, col. 452.

excellentiam dicitur Eucharistia, id est bona gratia; in hoc enim Sacramento non solum quaelibet gratia, sed ille a quo omnis gratia sumitur (1) », scilicet Cor Jesu, de cujus plenitudine omnes nos accepimus. Animae enim roganti : *Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi?* (2) ipsum Cor Eucharisticum respondet : *Ego veniam et curabo eam* (3), ego scilicet de quo vere dictum est : *Virtus de illo exibat et sanabat omnes* (4). Nam, ut ait S. Fulgentius : « ille panis, qui seipsum dat angelis ad gaudium stabilitatis, seipsum dedit hominibus ad remedium sanitatis; et qui est angelorum esca, nobis factus est medicina (5). » Sic etiam loquebatur SS. PP. Pius X : « Omnino nihil est quod ad communem salutem pluris intersit, quam ut caritatem immensam Jesu Domini cum altius usque cognoscant homines, tum studiosius redament, tum vero usurpent fructuosius. Etenim humano generi, tanta vel malorum mole vel bonorum Veri nominis inopia laboranti, unus Ille mederi aut opitulari potest, qui suapte natura bonus et dives est; Is autem nusquam tam promptus, quam sub mysticis Eucharistiae latebris, adesse nobis voluit et ad medendum et ad opitulandum. » (Breve Pontificium Pii X, quo Em. Card. Ferrata instituit suum legatum in Congressu eucharistico Maltensi, 8 april. 1913).

b) *Remedium efficax*, quod est copiosius declarandum.

Inter pejora nostrae aetatis mala, quinque enumerantur praecipua : indifferentia, incredulitas, inordinatus amor sui, sensualismus, civiumque discordiae.

(1) *Sermo de excellentia SS. Sacramenti. P. L.*, CLXXXIV, col. 983.
(2) Jer., VIII, 22.
(3) Matt., VIII, 7.
(4) Luc., VI, 19.
(5) *Sermo* II *de duplici Nativitate Christi. P. L.*, LXV, col. 727.

Atqui contra omnia haec mala Cor Jesu Eucharisticum est praepotens et efficax remedium.

1) *Indifferentia religiosa* existit quasi lethifera glacies qua obrigescunt animae. Sanatur ea vero sive Christi exemplo nos in Eucharistia in finem diligentis : *sic nos amantem quis non redamaret* (1) — sive divino Christi influxu flammas amoris spirantis; quis enim potest mitti in gehennam quin ardeat et consumetur? Porro in Corde Eucharistico ad quod accedimus, quodque recipimus, exstat ille *ignis consumens* (2) et fornax ardens charitatis : *non est qui se abscondat a calore ejus* (3); et quando illi unimur, ut ait S. Chrysostomus : « ab illa mensa recedamus, tanquam leones ignem spirantes, diabolo terribiles (4) ». Et etiam S. Joannes Damascenus : « Divinum carbonem sumamus, ut desiderii nostri ignis, accepto carbonis ardore, peccata nostra comburat, et corda illuminet, divinique adeo ignis commercio inardescamus, et in deos evadamus. Carbonem vidit Isaias, carbo non est simplex lignum, sed igni unitum, sic quoque panis communionis, non simplex est panis, sed divinitati unitus (5) ». Hujus divini remedii virtutem sic exaltat S. Augustinus : « Qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedat, credat, incorporetur, ut vivificetur. Haereat corpori, vivat Deo de Deo (6). » Et alibi : « Illud bibere quid est, nisi vivere? Manduca vitam, bibe vitam; habebis vitam, et integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, vita unicuique erit corpus et sanguis Christi; si quod in Sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate

(1) Hym. *Adeste fideles.*
(2) Hebr., XII, 29.
(3) Ps. XVIII, 7.
(4) In Joan. hom. 46, alias 45. *P. G.*, LIX, col. 261.
(5) *De fide orthod.*, l., IV, c. XIII. *P. G.*, CIV, col. 1150.
(6) *Tract. 26 super Joan.*, c. VI. *P. L.*, XXXV, col. 1613.

spiritualiter manducemur, spiritualiter bibatur (1). »

2) *Incredulitas* etiam efficacia Cordis Jesu Eucharistici sanatur — tum quia Eucharistia fidem excercet et auget charitatem; atqui *charitas omnia credit* (2) — tum quia nobis dat Jesum, *auctorem et consummatorem fidei* (3). Si enim S. Thomas apostolus eo tanta fide auctus est quod manum suam in Christi latus miserit, exclamavitque : *Dominus meus et Deus meus... Quia vidisti me, Thoma, credidisti* (4), quid nos qui non manus tantum, sed cor nostrum immittimus in latus Christi, id est in Cor Jesu Eucharisticum, seu potius si Cor Jesu Eucharisticum, sol veritatis, in corda nostra projicit lumen supernaturale fidei cujus est fons primarius : *Ego feci in coelis ut oriretur lumen indeficiens* (5).

Accedite ergo ad eum, et illuminamini (6). Nam ut ait Augustinus : « Fiant corpus Christi, si volunt vivere de spiritu Christi (7). »

Hoc optime dixit R. P. Terrien, S. J. : « Id imprimis sane mirum, quod liber ille in quo omnia lego quae mihi credenda sunt, fidem etiam facilem omnino expeditissimamque reddat. Postquam Deo placuit cor meum docere causam omnium quae fide credimus esse amorem divinum, hoc responso planius ac libris persuasus fui. » Sic gratiae divinae illustris captiva loquebatur, Anna de Gonzaga, ut refert Bossuetus in sua istius regiae principis laudatione ad funebrem concionem : « Deum factum hominem, libenti animo passum et cruce mortuum, scandalum et stultitia

(1) Sermo CXXXI. *P. L.*, XXXVIII, col. 729.
(2) I Cor., XIII, 7.
(3) Hebr., XII, 2.
(4) Joan., XX, 28-29.
(5) Eccles., XXIV, 6.
(6) Ps. XXXIII, 6.
(7) *Tract. 26 super Joan.*, n° 13. *P. L.*, XXXV, col. 1612.

reputatur. Eumdem vero ipsum Deum simul ac iterum ascenderet ad Patrem apud homines permanere, iisque proprium corpus et sanguinem in escam potumque relinquere voluisse ibique in ecclesiis nostris solitarium, derelictum, sponte sua captivum commorantem, quis unquam crederet? Deum tam excelsum, sicut solet proprii fili pater, creaturae curam habere, quam ut summopere beatam efficeret omnibus suae infinitae sapientiae artibus multiplicatis et viribus potentiae cumulavit perinde ac si a nostra sua ipsius beatitudo penderet; ingratos et rebelles ut ad poenitentiam recipiat brachiis apertis amplectentem, seque ad nihilum nostrum incurvantem ut preces nostras audiat et perficiat. Hoc inquam deceatne supremam Majestatem? Intuenti vero Cor Jesu jam nullum scandalum, nulla stultitia nullaque impossibilitas. Deo enim diligente nos et assumente cor cordi nostro simile quo nos omni ratione nimiaque caritate diligeret, horum ulla mirabilium neque perturbationem animis neque metum inferre debent. Credendo videlicet Dei caritati, omnibus hisce mysteriis fide integra assentio : *Et nos credidimus caritati* (1). »

(1) « Ce qu'il y a de plus admirable, c'est que ce livre où je lis tout ce que je dois croire, me rend aussi la foi merveilleusement simple et facile. Depuis qu'il a plu à Dieu de me mettre dans le cœur que son amour est la cause de tout ce que nous croyons, cette réponse me persuade plus que tous les livres. » Ainsi parlait une illustre conquête de la grâce, Anne de Gonzague, au témoignage de Bossuet, dans l'oraison funèbre de cette princesse. « Qu'un Dieu se soit fait homme, qu'il ait voulu souffrir et mourir sur une croix : scandale et folie. Que ce même Dieu, remontant vers son Père, ait voulu rester au milieu des hommes, leur laisser son corps et son sang pour être leur nourriture et leur breuvage; qu'il soit là, dans nos Églises, seul, délaissé, captif volontaire, est-ce croyable? Que ce grand Dieu s'occupe de sa pauvre créature, comme un père de son enfant; qu'il multiplie, pour la rendre souverainement heureuse, toutes les inventions de son infinie sagesse et tous les efforts de sa puissance, comme si son propre bonheur dépendait du nôtre; qu'il ouvre ses bras pour recevoir à pénitence les ingrats et les rebelles; qu'il se courbe en quelque sorte vers notre néant pour écouter nos prières et les exau-

3) *Nimio sui amori* medetur Cor Jesu Eucharisticum, et quidem mirabili illo Christi exemplo. *Christus enim non sibi placuit* (1), *in finem dilexit eos* (2), eos dico, non seipsum, et propter nos *factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis* (3); tum etiam per infusionem charitatis. Etenim Cor Jesu Eucharisticum est fornax ardens charitatis. Atqui *charitas non quaerit quae sua sunt* (4).

Cujus rei testes sunt Sancti omnes, quorum vita fuit perpetuum miraculum ardentissimae charitatis. Eucharistia amorque Christi in Eucharistia permanentis exstiterunt illis fons perpetuus actuum omnium charitatis, martyrii, totius denique vitae dicatae tum Deo amanter serviendo, tum corporibus sanandis, tum animabus sublevandis.

4) *Sensualismus,* seu insanus amor voluptatum carnis et mundi, quo tot animae laborant in hoc saeculo, persanatur similiter Corde Jesu Eucharistico, cujus devotio ante oculos ponit exemplum Christi, qui, nos in finem diligens, pro nobis semetipsum tradidit, non quidem voluptati, sed passioni et morti. Eadem devotio praeterea confert sive gratiae sanctificanti augendae et charitati; atqui, secundum Augustinum, nutrimentum charitatis est imminutio cupiditatis (5), sive gratiae sacramentali conferendae, cujus proprium est vires nobis

cer : cela convient-il à cette Majesté suprême ? Mais pour qui contemple le Cœur de Jésus, plus de scandale, plus de folie, plus d'impossibilité ; car, si Dieu nous aime, si, pour nous aimer de toutes les manières possibles et jusqu'à l'excès (Ephes., II, 4), il a pris un cœur semblable à notre cœur, rien de tout cela ne doit ni nous troubler ni nous effrayer. Croyant à la charité de mon Dieu, j'entre avec une pleine foi dans tous ces mystères : *Et nos credidimus charitati.* » (Terrien, *Le Sacré Cœur*, l. IV, c. VI, p. 350. — I Joan., IV, 16.)

(1) Rom., XV, 3.
(2) Joan., XIII, 1.
(3) Phil., II, 8.
(4) I Cor., XIII, 5.
(5) *De diversis quaestionibus,* LXXXIII, quaes, 36. *P. L.*, XL, XXV.

praebere quo tutius spiritualis militia sustineatur; nam, juxta Tridentini verba, est : « antidotum quo liberamur a culpis quotidianis et a peccatis mortalibus praeservamur (1) ». « Quapropter, inquit S. Bernardus, si quis vestrum non tam saepe modo, non tam acerbos sentit iracundiae motus, invidiae, luxuriae, aut caeterorum hujusmodi, gratias agat corpori et sanguini Domini, quoniam virtus sacramenti operatur in eo (2). » Prodest etiam eadem devotio daemonibus fugandis, avertendisque proximis peccandi occasionibus, ut ait S. Alphonsus : « Asserunt Salmanticenses cum Monterino, Eucharistiam conferre divinam etiam externam protectionem, qua Deus non permittit ut homo versetur in occasionibus, in quibus praevidet Deus illum casurum (3). » — Demum sanatur sensualismus hodiernus effectu physico et proprio corporis Christi (et consequenter ejus Cordis) qui, ut ait S. Laurentius Justinianus : « corpora castificat (4) » cordaque amore castitatis inflammat, temperando humores cordis et stimulos libidinis, et nobis communicando virtutes Christi qui fuit *sanctus, innocens, impollutus* (5).

Cum Corde Jesu Eucharistico, fiducialiter *curramus ad propositum nobis certamen* (6), nam, ut dicit S. Hieronymus : « Nihil ita vescentis animum roborat quomodo panis vitae (7) » ; et S. Petrus Damianus : « Frequens sanctae Eucharistiae susceptio est praesidium castitatis (8) » ; et tandem S. Thomas : « Nullum sacramentum est isto salubrius, quo purgantur peccata, virtutes

(1) Sess. XIII, c. II.
(2) Sermo in Caena Domini, *P. L.*, CLXXXIII, col. 272.
(3) *Theologia Moralis*, l. VI, n° 269.
(4) *De institutione praelatorum*, t. II, p. 295.
(5) Hebr., VII, 26.
(6) Hebr., XII, 1.
(7) Lib. I super Ezech., IV, *P. L.*, XXV, col. 50.
(8) Opus 47, c. II, *P. L.*, CXLV, col. 712.

augentur, et mens omnium spiritualium charismatum abundantia impinguatur (1). »

5) *Discordia civium inter se.* Unio enim civium, societati tam necessaria, undequaque labefactur, uti ubique videre est. Porro, ope Eucharistiae Cor Jesu Eucharisticum fit unitatis sacramentum : « Cum Christus sit Caput corporis sui mystici, ait P. Herrmann, C. SS. R. (2), eo ipso quod fideles per Eucharistiam Christo capiti conjunguntur, etiam inter se tanquam unius ejusdemque corporis membra connectuntur. *Unum corpus multi sumus,* inquit Apostolus (3), omnes qui de uno pane participamus », atqui in corpore humano, numquid membra inter se luctant ac dissident? Immo vero! Mutua sibi officia praebent. Ita omnino in mystico Christi corpore. Propterea, secundum Tridentinum, Christus voluit Eucharistiam esse « symbolum unius illius corporis cujus ipse caput existit, cuique nos tanquam membra, artissima fidei, spei et charitatis connexione adstrictos esse voluit, ut idipsum omnes diceremus, nec essent in nobis schismata (4) ». Dicit etiam S. Joannes Damascenus : « Nam si omnino hoc praestat ut tum Christo, tum aliis alii uniamur, extra dubium est omnibus qui nobiscum percipiunt, animo et voluntate nos copulari. Voluntate siquidem, ac non citra sententiam nostram copula haec patiatur : *omnes enim*

(1) S. Thomas, *Opus. V. Officium de festo Corp. Christi,* lect. III, t. XV, p. 234.

Aliquis forsan objiciet. Sed haec omnia jam allegantur, quando agitur de effectibus sacrae communionis. Haud dissentimus. Velit tamen animadvertere nos ad sacram mensam, recipere Christum totum realiter praesentem in hostia, ideoque Cor ejus Eucharisticum. Porro, quonam modo agit in cordibus nostris illud divinum Cor, illosque quos diximus effectus producit, nisi per intimam unionem quae consummatur in sacramentali communione?

(2) *Institutiones dogmaticae,* n° 1685.

(3) I Cor., x, 17.

(4) Sess. XIII, c. II.

unum sumus, quoniam ex uno pane participamus ut dicit divinus Apostolus (1) ». Et S. Hieronymus : « Deficiente autem pane et aqua Ecclesiae, corruet vir contra fratrem suum, et ubique discordia est, scindentibus nobis Christi tunicam, quam nec milites in passione Salvatoris scindere ausi sunt (Joan., XIX), et contabescentibus in iniquitatibus nostris, dum Dei justitiam non habemus (2). »

Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, ut vidimus, nos impellit ad amorem Christi nos in finem diligentis. Hic est finis principalis hujus saluberrimae devotionis. Quis autem posset Christum diligere, et non diligere fratres quos diligit Jesus, quos suaviter portat in Corde suo, pro quibus Cor ejus attritum fuit ac perforatum? *Hoc mandatum habemus a Deo : ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum* (3). Porro, una cum praecepto Christus exemplum junxit etiam : *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos* (4).

In Eucharistia, Cor Jesu Eucharisticum vere est pacis sacramentum, seu ut verbo utar S. Thomae, unitas corporis mystici (5), quia omnibus commendat officia quibus pax servatur in societate, — his qui praesunt, humilitatem, quia *semetipsum exinanivit* (6), et charitatem, quia totum tibi dedit, nihil sibi reliquit, — his qui subsunt, commendat obedientiam erga magistros, humilitatem in laboribus, patientiam in adversis, et spem immortalitatis et proemii : *Ego resuscitabo eum in novissimo die* (7). Omnibus tandem Cor suum Eucharisticum exhibet, dicendo : *Discite a me quia mitis*

(1) *De fide orthodoxa*, l. IV, c. XIII. *P. G.*, XCIV, col. 1154.
(2) *Commentarium in Ezech.*, l. I, c. IV, *P. L.*, XXV, col. 50.
(3) I Joan., IV, 21.
(4) Joan., XV, 12.
(5) *Summa Theolog.*, pars III, q. 73, art. 3, t. IV, p. 334.
(6) Phil., II, 7.
(7) Joan., VI, 40.

sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris (1).

Ita ergo fit ut habeamus in Corde Jesu Eucharistico, sive ob ipsius exempla, sive ob eas gratias quas ex charitate influit in cordibus, remedium quo non efficacius adversus cuncta mala quibus laborat hodierna societas. Utinam in omnibus regnet gentibus et cordibus Cor Jesu Eucharisticum; et tunc, haud secus ac in primaevis Ecclesiae temporibus, *multitudinis credentium fiet cor unum et anima una* (2).

Quod Ill. DD. Rumeau, Episcopus Andegavensis, in conventu Eucharistico Tornaci anno 1906 habito, eloquentissimis hisce declaravit verbis : « Procella spiritum agens religioni infensum saevit in gentes christianas; et deductione necessaria mox eo devenit ut ad ipsam societatem evertendam tenderet aperte; quare cum indifferentismo paulatim invecta sunt ea socialismi, collectivismi, et communismi principia quae nihil nisi spiritus perturbationis motibus compressis gravidi sunt et quae multiformi quavis ratione in plebem venenum egoismi foedi infuderunt; quibus demum ipse societatis ordo labefactatur ita ut primis auctoritatis, subjectionis, libertatis et proprietatis rudimentis despectis, anxie quaeri potest quae nobis perturbationes, quae nobis clades impendeant.

« Et ea quidem, ea ipsa hora, effulgentem Hostiam in Sacramento amoris mundo exhibet Sacratissimum Cor Jesu ut a chao imminente eripiat.

« Haud ignoro sapientes, quos autumat tales vulgus, plus minusve rationalismo imbutos, remedium illud derisui habituros esse tanquam nugatorium. Sed hoc insuper probe scio prudentiam prudentium de mendacio nunquam arguturam esse illud divinum oracu-

(1) Matth., XI, 29.
(2) Act., IV, 32.

lum, quod de vita hominis individui, id de nationibus certum : iis scilicet nec stabilitatem, nec salutem fore extra Jesum Christum... Et revera sunt enim morbi quibus sanandis impar est ars medicinae communis, necessaria vero actio divina, eaque directa, mansueta, etiam interdum miraculis insignita... Jamvero in conspectu est devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum mirum in modum per orbem catholicum latissime propagatam, unum haberi ex signis nostrae societatis instaurandae praenuntiis (1). »

(1) « Un souffle antireligieux a passé sur les nations chrétiennes; par une logique rigoureuse, il n'a pas tardé à devenir antisocial; et l'on a vu peu à peu s'introduire avec l'irréligion, ces théories socialistes, collectivistes, communistes, qui ne sont autres que l'esprit révolutionnaire quintessencié, et qui inoculant dans les masses, sous les formes les plus variées, l'égoïsme abject, ont fini par ébranler l'ordre social lui-même; si bien que les notions les plus élémentaires de l'autorité, de l'obéissance, de la liberté, de la propriété, venant à être méconnues, on peut se demander avec angoisse quelles commotions, quelles catastrophes nous sont réservées.

« Et c'est à ce moment précis que le Cœur de Jésus fait resplendir sur le monde pour l'arracher à ce chaos, l'Hostie radieuse de son Sacrement d'amour.

« Je sais bien que l'esprit plus ou moins rationaliste des prétendus sages sourira de ce remède et le taxera de puéril. Mais ce que je sais aussi, c'est que la prudence des prudents ne fera jamais mentir ce divin oracle : « Il en est des nations comme de la vie humaine; « il n'y a pour elles ni stabilité, ni salut, en dehors de Jésus-Christ. » Non, il y a des maux que les expédients ne peuvent plus guérir; il y faut l'intervention directe, miséricordieuse, parfois miraculeuse de Dieu... Et voici que la dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus, avec les extraordinaires proportions qu'elle prend dans l'univers catholique, nous apparaît comme un des signes précurseurs de notre relèvement social. » (*Actes du Congrès Euch. de Tournai,* p. 104.)

CAPUT XI

De praxi devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum.

Truncum sane esset opus nostrum, nisi quaedam nunc venirent adjuncta de factitanda devotione in Cor Jesu Eucharisticum. Re quidem vera haud asceticus, theologicus vero est noster tractatus; sed, quo melius percipiatur hujus devotionis natura, mensque ipsius intimius penetretur, non abs re erit adumbrationem saltem generalem habere ejusdem praxeos. Qui magis particularia habere cupit, adeat opuscula quae sunt de hac materia, praesertimque P. Garénaux, C. SS. R., *La dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus*, lib. IV; P. Krebs, C. SS. R., *La dévotion au Cœur Eucharistique*, pars III; P. Thiebaut, C. SS. R., *Leçons en forme de catéchisme sur la dévotion au Cœur Eucharistique*, lectio quarta; Lorthioit, C. SS. R., *Le Cœur Eucharistique de Jésus*.

Quaenam ergo est hujus devotionis propria mens atque indoles?

Apte ipsis Leonis XIII verbis definitur, quae habentur in Brevi 16 Februarii 1903, ubi legitur : « Haec sodalitas... tantum peculiaribus venerationis, amoris et grati ac reverentis animi studiis, illum recolit supremae dilectionis actum quo Redemptor noster omnes Cordis sui divitias effundens, ut nobiscum ad exitum

usque saeculorum moram ageret, adorabile instituit Eucharistiae Sacramentum (1). »

Sibi proponit ergo nostra devotio recolere SS. Eucharistiam, non solum in quantum continet Christum vere, realiter, et substantialiter praesentem sub speciebus panis et vini, sed in quantum in ea adest Cor Jesu, semper eodem flagrans amore quo Eucharistiam instituit, et sine intermissione perseverans in hac suprema dilectione usque ad consummationem saeculi (2). Omnes igitur actus tum interni, tum extern

(1) *Acta Leonis* XIII, v. XXII, p. 307.

(2) « Impossibile factum est arguere ex notione vel subtili, vel confusa, vel imprecisa. Leo XIII enim hujus devotionis objectum determinavit ac nomen consecravit. Est revera simplex ac popularis devotio. Quid simplicius quam glorificare Cor Christi nos diligens usque ad Hostiam nobis dandam? Nullo modo necessariae sunt altae investigationes ad intelligendum institutionem Eucharistiae opus esse maximi amoris. Hoc indicavit S. Joannes in Evangelio, cum uno verbo dixit : *in finem dilexit eos* (XIII, 1).

« Quisquis videt quantum Jesus semeptisum exinanivit in suo sacramento, quantam bonitatem nobis manifestavit, sive sese immolando in altari, sive nobiscum permanendo in tabernaculo, quantis injuriis sese exponit in suo divino sacramento, quot et quantas gratias omnibus offert in missa, in communione, in visitatione SS. Sacramenti, — ille non potest non exclamare : Sic nos amantem quis non redamaret?

« Hae vero notiones sunt absolute sicut elementa, et fidelium captui accommodatae.

« Et sic, devotio erga C. E. tam popularis est ac efficax. Humiles enim quasi naturaliter trahuntur ad ea quae animae loquuntur, quae corda sanctificant, sive per exempla quae offerunt, sive per gratias quas obtinent. Porro quam pulchra sunt exempla amoris Jesu Christi Eucharistiam instituentis! Quam abundantes sunt gratiae nobis concessae, praesertim in S. Communione, non obstante indignitate eorum qui illam recipiunt! Quot ergo rationes quae nos excitant ad amandum, et ad gratias agendum! »

« Il est devenu impossible d'arguer d'une notion, ou subtile, ou confuse, ou imprécise. Léon XIII en a déterminé l'objet et consacré le nom. Elle est en réalité une *dévotion simple et populaire*. — Quoi de plus simple que de glorifier le Cœur qui nous aima jusqu'à nous donner l'Hostie? Il n'est pas nécessaire de faire de profondes études pour comprendre que l'institution de l'Eucharistie est l'œuvre d'un grand amour. Saint Jean l'a indiqué dans l'Évangile en résumant d'un mot la dernière Cène : « *In finem dilexit eos* (XIII, 1). Ayant aimé les siens qui étaient dans le monde, il les aima jusqu'à la fin. »

« A voir les abaissements auxquels Jésus s'est réduit dans son

in hac devotione, spectant Eucharistiam, seu Cor Jesu semper praesens ac semper nos diligens in Eucharistia.

Quia vero, considerata praecipue Christi dilectione in hoc amoris miraculo, incitatur homo ad redamandum Christum Deum qui, *cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos,* ideo devotio nostra amore potius, nec solum fide erga SS. altaris Sacramentum manifestatur (1).

sacrement, à contempler la bonté qu'il nous témoigne en se faisant victime sur l'autel, en demeurant avec nous nuit et jour sur les autels, à considérer les outrages auxquels il s'expose dans son divin sacrement, à essayer de scruter l'étendue des grâces qu'il accorde à tous à la Messe, dans la Communion et dans la visite au Saint Sacrement, on ne peut que s'écrier : « Qui n'aimerait celui qui nous a tant aimés! »

« Or ces aperçus sont absolument élémentaires et accessibles aux fidèles.

« Ainsi cette dévotion est aussi populaire qu'efficace. Les humbles vont aux choses qui parlent à l'âme, aux choses qui sanctifient par les leçons saisissantes qu'elles donnent et par les grâces qu'elles obtiennent.

« Or quelles leçons nous donne la pensée de l'amour de Jésus-Christ instituant l'Eucharistie? Abaissement de la divine Victime, profusion du don qui va aux excès, vie intime d'un ami demeurant près de nous le compagnon de notre exil, bienfait de la Communion, malgré l'indignité de ceux qui la reçoivent. Que de motifs mis en relief pour nous exciter à aimer et à remercier! » (*Causeries du Dimanche*, n. 741. — Cfr. etiam P. Krebs, *La dévotion au Cœur Eucharistique*, c. I, p. 30.)

(1) Audiamus verba S. Margaritae-Mariae Alacoque : « Cor istud amabile non desinit sese consumere amore quem habet erga nos. Tanto ardore nos diligit, ut quovis momento ab eo consumatur in-SS. Sacramento. » Et alibi : « Mihi videtur quod omnia quae aspicio in flammis amoris mutari deberent, ut amaretur in suo divino Sacramento ».

« Nobis vivendum est hac vita amoris quae illi nos uniet... ad conformandum nos suis statibus sacrificii, fiduciae ac amoris in SS. Sacramento, in quo amor illum retinet. » Insuper sic illam alloquitur SS. Cor Jesu : « Sitio, sed vehementissime sitio ab hominibus honorari in SS. Sacramento, et fere nullum invenio qui conetur, juxta desiderium meum, hanc sitim sedare, mihi manifestando suum amorem. »

« Cet aimable Cœur ne cesse de se consumer de l'amour qu'il a pour nous. Il nous aime avec tant d'ardeur qu'il en brûle continuellement au S. Sacrement. » (*Vie et Œuvres*, II, p. 468, lettre CX.) Et alibi : « Il me semble que tout ce que je vois devrait être changé en des flammes d'amour, afin qu'il fût aimé dans son divin Sacrement » (*Ibid.*, II, p. 249, lettre XIII.) « Il nous faut vivre de cette vie d'amour, qui nous unira à lui... pour nous conformer entièrement à ses

Quum insuper Christus quaestus sit a pluribus non qualis est talem se in hoc amoris mysterio agnosci nec ut decet coli, nec amari, imo ipsum saepissime prae oblivione negligi, derelinqui, contemni, injuriis objici, — nititur ideo devotio nostra ut Illi solatio sint actus proprii ac speciales, praesertim vero dilectio in Cor Jesu Eucharisticum. Diximus « *solatio* sint » potius quam « reparationi », quo perfectius mens nostrae devotionis declaretur. Reparatio enim est actus justitiae; consolatio autem actus amoris. Reparatio quamdam supponit aequalitatem inter eum qui injuriam passus est et eum qui hanc intulit. Non in omnium quidem potestate est quamdam injuriam reparare, quis vere maestum consolari non valeret? Parvulus sane in gremio matris suae non potest offensas matri illatas reparare; suo autem amore ac blanditiis hanc consolari potest. Verbulum hoc : *consolatio* nostram innuit infirmitatem atque impotentiam : at Christus consolationes nostras ad reparanda mundi crimina accipere dignatur.

Talis est mens ac indoles devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum, quae tota reponitur in diligendo atque in consolando Christo Jesu nos semper diligenti, licet a nobis saepe offenso in Eucharistia.

Nonne hoc praecipue rogavit SS. Cor Jesu, dum eximiis revelationibus recreabat S. Margaritam Mariam? Conquestus est de Ipsi illatis injuriis in SS. amoris Sacramento (1), actusque ab Ipso reparationis gra-

états de sacrifice, d'abandon et d'amour au très Saint-Sacrement, où l'amour le tient. » (*Ibid.*, II, p. 134, lettre 54.) Insuper sic illam alloquitur SS. Cor Jesu : « J'ai soif, mais une soif si ardente d'être honoré des hommes dans le S. Sacrement, et je ne trouve presque personne, qui s'efforce, selon mon désir, de me désaltérer usant envers moi de quelque retour. » (*Vie et œuvres de sainte Marguerite-Marie*, I, p. 244, manchette 256.)

(1) *Vie et œuvres*, t. II, p. 102, m. 92; — p. 233, ep. 5; — p. 249, ep. 13; — p. 505, ep. 128; — p. 544, ep. 132; — p. 575, ep. 133; — p. 576, ep. 133; — p. 719, defi. 53; — p. 819, orat. 31.

tia postulati, sunt devotionis actus erga hoc SS. Sacramentum (1).

Inde videre est quantum nostra devotio respondeat desideriis SS. Cordis Jesu, et quam perfectissime illa principalem devotionis in SS. Cor finem obtineat.

Ut vero in qualibet devotione, cultus exhibetur per actus sive internos sive externos, ita simili ratione, in devotione erga Cor Jesu Eucharisticum distinguuntur tum actus interni tum actus externi.

I. *Actus interni.* — Praecipui hujus modi actus, ut supra dictum est, ii sunt qui propriam nostrae devotionis indolem constituunt, actus scilicet amoris, quicumque sint, erga Cor Jesu Eucharisticum, et in genere omnes actus qui amoris affectu imperantur, praesertim ii qui illius SS. Cordis consolationem uti finem sibi proponunt.

Alii sunt qui a Leone PP. XIII, indicantur in Brevi supra allato. *Actus adorationis... et reverentis animi*, adorationis scilicet internae qua fit ut anima, recordans divinam Christi praesentiam in Eucharistia atque dilectionem hanc cui debetur haec praesentia, Cor Jesu Eucharisticum cum Angelis qui tabernaculum circumdant, veneretur et adoret in spiritu et veritate, dicendo : *Laudetur, ametur, adoretur, omni momento Cor Jesu Eucharisticum, ipsique persolvantur gratiae in omnibus mundi tabernaculis, usque ad consummationem saeculorum. Amen* (Pius PP. IX, 100 dies indulg.), seu cum Ecclesia, in aliquo particulari officio SS. Cordis ad Matutinum : *Cor Jesu charitatis victimam venite adoremus* (2).

(1) *Vie et œuvres*, t. II, pp. 195-196, IV; — p. 493, ep. 122; — p. 619, ep. 139; — p. 717, defi. 53; — p. 730, defi. 57; — p. 735, defi. 59; — p. 738, defi. 61; — p. 742, defi. 62; — p. 756, defi. 74; — p. 806, orat. 20; — p. 813, orat. 28; — p. 832, orat. 39; — p. 841, orat. 41.

(2) In Breviario Rom. nondum a Pio X reformato. — In aliquibus locis.

Actus grati animi erga illud suavissimum et amantissimum Cor Jesu Eucharisticum, pro dilectione illa qua Christus excogitavit, perficit, et perpetuo renovat mysterium eucharisticum, pro omnibus gratiis et beneficiis quae exinde profluunt, et pro gloria quam, in hoc statu sacramentali, exhibet divinae Majestati.

Ut ait Apostolus, *charitas Christi urget nos* (1). *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Ipse prior dilexit nos* (2). Et quo majus est donum amoris divini, eo majores ei rependere debemus gratias. Audiamus P. Lallemant, S. J. : « Ut Jesu Christi liberalitatem in nos et munificentiam verbis extollamus, satis est dicere Ipsum nobis Eucharistiam donando simul dedisse id thesaurorum suorum maximum, rarissimum et excellentissimum, nec quidquam sibi retinuisse sanctius, sacratius, augustius nec adoratione dignius in coelo. Ea in tam imbecilles creaturas tam liberalis effusio sic gratos reddere deberet animos ut in extasim raperentur (3). »

Tanti ergo amoris memores et beneficii, fide animati, toto corde et ore dicamus : « *Benedictum sit Sacratissimum Cor Jesu Eucharisticum* (Pius PP. X, 300 dies indulg. toties quoties).

Actus orationis quibus petimus omnes gratias, et praesertim donum divini amoris, quia Cor Jesu Eucharisticum est fornax ardens charitatis, fons semper apertus et inexhaustus omnium donorum Dei. *Quo-*

(1) II Cor., v, 14.
(2) I Joan., iv, 10.
(3) « Ce serait assez pour relever la libéralité et la magnificence de Jésus à notre endroit, de dire qu'en nous donnant l'Eucharistie il nous a donné tout ce qu'il avait de plus grand, de plus rare et de plus excellent dans ses trésors; qu'il n'a rien épargné de tout ce qu'il a de plus saint, de plus sacré, de plus auguste et de plus adorable dans le ciel. Cette profusion si magnifique faite à des personnes si chétives, mériterait de nous une reconnaissance telle qu'elle fût capable de jeter nos esprits dans des ravissements. » (*Entretiens sur la vie cachée de J.-C. dans l'Eucharistie.* Entr. XVIII, p. 131.)

modo enim non etiam cum Illo omnia nobis donavit? (1) Adeamus ergo cum fiducia ad hunc thronum gratiae, atque Mariae Immaculatae conjuncti, erogitemus dona omnia supernaturalia, dicendo « *Cor Jesu Eucharisticum, miserere nobis* » (300 dies indulg. toties quoties). Vel : « *Cor Jesu Eucharisticum, flagrans amore nostri, inflamma cor nostrum amore Tui* (Leo PP. XIII, 200 dies indulg. toties quoties).

Actus imitationis (2) juxta ipsius S. Pauli verba : *Hoc enim sentite in vobis quod et in Christo Jesu* (3), ita ut quisque vere dicere possit : *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus* (4), scilicet sicut vivit per suum Cor Eucharisticum, mihique communicando

(1) Rom., VIII, 32.

(2) « Exemplar quod S. Margarita-Maria nobis proponit imitandum, in praxi diversarum virtutum, est SS. Cor Jesu, in vita sua eucharistica praecipue consideratum. Multum refert hoc semper prae oculis habere, si volumus perfecte intelligere systema perfectionis ab illa propositum, quod vocari posset eucharisticum. » (*Le règne du Cœur de Jésus, par un Oblat de Marie Immaculée*, t. IV, p. 2.)

Idem pius auctor addit (t. III, p. 609, note 3) : « Animadvertendum est devotionem erga SS. Cor Jesu, qualem nos docet S. Margarita-Maria ante omnia esse devotionem eucharisticam. In Eucharistia nempe Dei famula nos hortatur ad SS. Cor honorandum, contemplandum, et orandum ; ex Corde Jesu in Eucharistia viventis nos invitat ad hauriendum non tantem gratias quibus indigemus, sed totam nostram vitam spiritualem. In hoc Corde Eucharistico, cum Ipso et per Ipsum, agere debemur ; est enim quasi motor animarum et omnium divinorum operum in hoc mundo. »

« Juxta doctrimam parodianam, ait R. P. Lemius, O. M. I., S. Cor in SS. Sacramento est quasi sol totius vitae christianae. — In oratione : « Orationem vestram facite, ait eadem Beata, in unione ipsius orationis Christi in SS. Sacramento. » — In dolore : « Dolores vestros sufferte in unione illorum quos sustulit et adhuc suffert in SS. Sacramento. » — In labore : « Imitamini ejus vitam laboriosam in SS. Sacramento. » — In praxi omnium virtutum : « Imitamini ejus vitam humiliatam in SS. Sacramento ; ibi enim dicit Dominus : Discite a me quia mitis sum et humilis corde in SS. Sacramento. » (*Rapport de R. P. Lemius sur le Sacré-Cœur au Congrès de Metz*, Actes du Congrès, p. 415. — Cfr. etiam : *Vie et Œuvres de S. Marguerite-Marie*, t. II, lettre 55, p. 336.)

(3) Phil., II, 5.

(4) Galat., II, 20.

sensus suos, et virtutes quarum exemplum nobis praebet in Eucharistia, humilitatem nempe, obedientiam, paupertatem, mansuetudinem et praesertim charitatem erga Deum et proximum. Quas nobis commendat Christus ostendendo Cor suum Eucharisticum, et dicendo : *Discite a me* (1).

Praeter hos internae devotionis actus in Cor Jesu Eucharisticum, veniunt etiam.

II. *Actus externi*, qui non debent esse mere externi, secus enim forent corpus inanimatum. Sed procedere debent ex interno amoris affectu secundum spiritum proprium nostrae devotionis.

Inter hos actus notandi sunt :

1. *Orationes* ad Cor Jesu Eucharisticum, eae praesertim quas Ecclesia approbavit et indulgentiis ditavit. (Cfr. III Partem hujus operis.)

2. *Veneratio imaginum* Cordis Jesu Eucharistici. Quaedam habentur quas Ecclesia approbare noluit, ut supra vidimus. Aliae sunt quae legitima approbatione sunt munitae. Ad haec enim emblemata quod spectat, eadem sunt ac in cultu consueto SS. Cordis Jesu, addita duntaxat recordatione Sacrae Eucharistiae. Si v. g. de picta tabula agitur, repraesentatur Christus Dominus, dum in ultima Coena Sacram Eucharistiam instituit, ostenso simul Corde, unde hoc mysterium amoris effluxit (2). Statuae vero Cordis Eucharistici sunt eaedem ac communes statuae Cordis Jesu, adjecto tantum Calice cum Hostia (3). Revera devotio nostra emblematibus non indiget, quippe objectum ejus sit ipse Christus, personaliter praesens in Eucharistia. Sed quum non possimus semper stare in conspectu Sacramenti, ideo imagines perutiles sunt ut in nos-

(1) Matt., XI, 29.
(2) Krebs, *La dévotion au C. E.*, c. III, p. 50.
(3) *Revue de l'Archiconfrérie du C. E.*, 1912, p. 162.

tram memoriam recolligamus illud amoris mysterium. Etiam coram S. Tabernaculo, inserviunt ad inflammanda corda nostra ope sensibilis repraesentationis hujus mysterii.

Has igitur imagines contemplari et venerari conemur, in domibus exponantur, in pectore ferantur ; ubique propagentur, ut tanti mysterii memoria quovis temporis momento prae mentis nostrae oculis ac semper in corde nostro praesens existat(1).

3. *Archisodalitas SS. Cordis Jesu Eucharistici*, quae solemniter a S. Pontifice Leone XIII laudata fuit ac commendata ; jam in toto orbe feliciter diffusa est, maximo favens bono animarum, gloriamque promovens Cordis Jesu. Permulti enim sunt ejus sodales in omni natione ; permultae etiam indulgentiae eis ab Ecclesia concessae. Cui adjungitur consociatio sacerdotum a SS. Corde Eucharistico, a S. Pontifice Pio X erecta et approbata (2).

Ope harum sodalitatum, excitantur fideles et sacer-

(1) R. P. Boubée, S. J., Director generalis Apostolatus per Orationem, relationem scripsit circa Apostolatum per Orationem et Eucharistiam. Ibi legitur : « Dans la galerie royale de Vienne, se trouve un tableau peint au xve siècle par Quirico da Murano. Le Christ y est représenté, selon l'usage du temps, démesurément grand, pour symboliser sa Majesté divine. Il est assis sur un trône et à ses pieds se tient agenouillée une religieuse, peut-être S. Catherine de Sienne, morte récemment, mais qui n'était pas encore canonisée. De la main droite Jésus-Christ présente la Sainte Hostie à sa servante, tandis que de la gauche, il écarte les plis de sa tunique et découvre la blessure de son côté, comme pour dire : Cette hostie, c'est le gage de l'amour de mon cœur. » (*Actes du Congrès Euch. de Montréal*, p. 471.)

« In regali Museo Viennensi, invenitur tabula saeculo xv^o^ picta a Quirico da Murano. Christus ibi repraesentatur juxta usum hujus temporis, supra modum magnus, ad ejus majestatem symbolisandam. Sedet in throno, et ad ejus pedes prostrata adest aliqua monialis, forsan S. Catharina Senensis, recenter mortua, sed nondum canonizata. Manu sua dextra Jesus Christus famulae suae sanctam Hostiam offert, dum manu sinistra tunicam suam aperit, et ostendit vulnus lateris sui, quasi diceret : Haec hostia, quam tibi offero, est pignus amoris Cordis mei. »

(2) Cfr. III^am^ Partem : Documenta.

dotes ut offerant Cordi Jesu Eucharistico ea amoris obsequia quae tantopere Ille exoptat et exspectat.

4. *Visitatio ad SS. Sacramentum*, ex amore Christi qui, permanendo in Tabernaculo die ac nocte, se nobis dedit socium, et factus est nostri comes exilii.

« Certum est, ait S. Alphonsus, inter omnes devotiones, post sacramentorum frequentationem, eam quae sibi proponit adorare Jesum Christum in altari, esse primariam, Deo jucundissimam et hominibus utilissimam (1). »

In hac visitatione, in conspectu ipsius Christi adstamus, prope Cor ejus Eucharisticum, vere et realiter praesens in Hostia, et eodem semper flagrans amore quo aestuabat in ultima Coena, quando instituit Eucharistiam.

Facile est ergo immensam charitatem Christi tunc admirari, laudare et benedicere, et etiam Cor ejus consolari pro tot negligentiis et injuriis quas patitur in SS. altaris Sacramento.

5. *Celebratio vel auditio Missae*, quae utpote commemoratio et renovatio sacrificii crucis, potest vere dici excessus amoris Christi pro nobis.

Dum huic interest incruento sacrificio, potest unusquisque cum D. Paulo exclamare : « *Dilexit me et tradidit semetipsum pro me* (2), potestque idem sibi ob oculos ponere Cor Jesu Eucharisticum quale fuit in ultima Coena, quando primam consecravit hostiam et seipsum tradidit discipulis dicens : *Hoc facite in meam commemorationem* (3), potest et cor proprium Cordi Jesu unire (4) ut simul cum illo sanctae et venerabili

(1) *Opere ascetiche*, t. I, p. 368 : « Certamente che fra tutte le divozioni questa di adorare Gesu sacramentato è la prima, dopo i sacramenti, la più cara a Dio e la più utile a noi. »

(2) Galat., II, 20.

(3) Luc., XXII, 19.

(4) « Il nous faut vivre de cette vie d'amour, qui nous unira à lui, par celui de notre abjection et anéantissement de nous-même, pour

Trinitati cultum offerat adorationis, laudis, reparationis, et impetrationis qui infinitae Majestati debetur, praesertim pro illa ineffabili charitate qua totum se nobis dedit in Eucharistia.

6. *Communio sacramentalis et spiritualis*, qua maxime impletur desiderium Christi quo summopere desiderat hoc Pascha manducare nobiscum, qua satiatur ejus charitas quae ut dulcedinem suam in filios demonstraret, pane suavissimo de coelo praestito esurientes replet bonis, qua tandem consummatur unio perfecta animae cum Christo, qualis in terris haberi potest. « Persuasum habeamus, ait S. Alphonsus, animam christianam nihil facere, nihil cogitare posse Christo jucundius, quam illum recipere in sacra communione (1). »

« Inter signa devotionis quam sibi exoptat a nobis Cor Jesu, nulla magis arrident ac sacra communio. Nonne enim hoc sui ipsius oblatio, haec sui in nos effusio, melius respondet immenso quo ardet desiderio nobis adhaerendi? Saepius ad mensam sacram accedimus qui soli necessitati pareamus qua nobis opus est Deo; nec Jesum animadvertimus, nec in memoriam redit necessitas conjunctionis mutuae qua erga nos ipse premitur nostra multo major. Filios nostros doceamus ad sacram Communionem accedere ut per illam Cordi Jesu satisfiaciant. Quanto fer-

nous conformer entièrement à ses états de sacrifice, d'abandon, d'amour au T. S. Sacrement, où l'amour le tient, là, comme une victime tout abandonnée à être continuellement sacrifiée pour la gloire de son Père et notre salut. (*Vie et œuvres de sainte Marguerite-Marie,* t. II, lettre 54, p. 334). »

« Nobis vivendum est hac vita amoris, qua Ipsi uniemur, per amorem abjectionis nostrae, ad perfecte conformandum nos suis statibus sacrificii, fiduciae, ac amoris in SS. Sacramento, ubi amor illum retinet, tanquam victimam omnino paratam ad sese immolandum continuo, pro gloria Dei ac nostra salute. »

(1) *Pratique de l'Amour*. Introduction, § 2. *Opere ascetiche*, t. I, p. 758.

ventius Eucharistiam participarent, modo Cor illud prae amore exultans mente considerarent dum sacerdos supra pyxidem hostiam elevat ipsis porrigendam! Ipsis dicamus iterum atque iterum, quasi usque ad fastidium, sitire Jesum sese daturum in Eucharistia, eaque in testimonium afferamus verba quibus Ipse Margaritam Mariam hortabatur ad frequentiores communiones : « Percipe quaeso quae « dicam et menti manda quae petam a te ut meo « assentiaris consilio. Me toties in SS. Sacramento « recipies quoties salva obedientia licebit, quaecumque « sint molestiae et humiliationes quibus exinde affi- « ciaris, quas quidem veluti amoris mei pignus acci- « pias oportet (1). »

Accedamus ergo ad sacram illam mensam, praesertim amore ducti, videlicet propter amorem Christo nos tam amanti manifestandum, et simul propter amorem a Christo tam beneficentissimo recipiendum. Nam, ut ait S. Alphonsus, effectus proprius hujus sacramenti est accendere in animabus flammas amoris divini. *Deus*

(1) « Parmi les pratiques que réclame de nous le Cœur de Jésus il n'en est pas qui lui soit plus agréable que la Sainte Communion. N'est-ce pas en effet cette donation de tout lui-même, cette fusion de tout son être avec le nôtre, qui répond le mieux au désir immense qu'il éprouve de s'unir à nous? Trop souvent nous n'allons chercher à la sainte table que la satisfaction du besoin que nous avons de Dieu; et nous ne regardons pas du côté de Jésus, nous oublions qu'il est pressé d'un besoin d'union autrement intense que le nôtre. Apprenons à nos enfants à communier pour donner satisfaction sous ce rapport au Cœur de Jésus. Combien leurs communions seraient-elles plus ferventes, s'ils songeaient que ce Cœur tressaille d'amour pendant que le Prêtre élève au-dessus du Ciboire l'hostie qui leur est destinée ? — Disons-leur à satiété que Jésus a soif de se donner dans l'Eucharistie, et apportons-leur en témoignage ces paroles qu'il adressait à Marguerite-Marie pour la déterminer à augmenter le nombre de ses communions : « Sois attentive à ma voix et à ce que « je te demande pour accomplir mes desseins. Tu me recevras dans « le S. Sacrement autant que l'obéissance te le voudra permettre, « quelque mortification ou humiliation qu'il t'en puisse arriver, et que « tu dois recevoir comme gage de mon amour. » (Lejeune, *La dévo- « tion au S. Cœur*, c. x, p. 134.)

charitas est (1); *ignis consumens* (2) est, quia omnes affectiones terrenas consumit. Ibi reperitur ignis quem Christus venit mittere in terram; et quid vult, nisi ut accendatur? (3).

Ipse Christus S. Mechtildi : « Nunquam apis avidius mittitur in prata virentia ad carpendos flores dulces, sicut ego paratus sum ad tuam venire velociter animam me vocantem (4) ». Tantae vero dilectioni maxima quae haberi potest dilectione respondeamus; et sive per communionem spiritualem saepe saepius in die repetitam, desideria nostra inflammemus erga Cor Jesu Eucharisticum, juxta illud quod eidem S. Mechtildi dabat monitum : « Dum vis communicare, tali intentione me suscipias ac si omne desiderium et omnem amorem quo unquam humanum cor flagravit haberes, sicque in altissimo amore, quo possibile est humanum cor affici, ad me accedas, egoque amorem illum in te suscipiam, non prout est in te, sed velut si talis ac tantus esset, quantum tu eum esse volebas (5). »

Recipiatur ergo sacra communio ad solandum Cor Jesu Eucharisticum ob eas quas in tabernaculo patitur tristitias atque ad compensandas tot et tam graves injurias quae illi ingeruntur propter negligentiam tot christianorum in frequentanda sacra mensa, praesertimque propter nefanda sacrilegia quibus graviter laeditur et offenditur Cor Jesu Eucharisticum, tam saepe vulneratum, et tamen semper nos in finem diligens.

Haec scripsit S. Margarita Maria : « Vivat Jesus et

(1) I Joan., IV, 8.
(2) Deut., IV, 24.
(3) *Pratique de l'Amour*. *Œuvres ascétiques*, t. VI, p. 302.
(4) *Revelationes Sanctae Mechtildis*. Liber specialis gratiae, p. II, c. III, p. 140.
(5) *Ibid.*, p. III, c. XXIII, p. 226.

glorificetur ex spiritualibus exercitiis quae peregi anno 1768. Haec a divino meo Magistro audivi : « Volo, « inquit, cor tuum mihi asylum esse quo confugerem « ad me recreandum cum me impugnarent peccatores « suisque e cordibus expellerent. Quoties a me certior « facta fueris de justitia divina exardescenti in illos, « toties me sacra communione recipies offeresque Patri « aeterno sicut te edocuerim, ut justam ejus iram lenias « necnon et misericordiam flectas ad veniam (1). »

Deinde refert ea quae quadam feria 6ª contigerunt : « Mihi seipsum postquam dederat in hostia quae ad expositionem assumpta fuerat, dixit Domimus : « Filia « mea, venio in cor quod tibi ipse dedi ut amoris tui « ardore compensare coneris injurias quas ab his tepidis « cordibus et ignavis aspernantibus me in SS. Sacra- « mento accepi : Hanc quam tibi donavi animam Deo « Patri meo offeres ut poenas quas istae infideles ani- « mae meruerunt avertas; Ipsum per Spiritum meum « in veritate semper adorabis pro iis mentibus quae non « nisi simulate et specie sinceritatis fallaci adorant (2). »

Quae communio, postulante ipso SS. Corde Jesu, praecipue offerenda est prima feria sexta cujusvis

(1) « Vive Jésus dans ma retraite de 1678 ! Voici ce que mon divin Maître m'a fait entendre : « Je veux, m'a-t-il dit, que ton cœur me soit un « asile où je me retirerai pour prendre mon plaisir, lorque les pécheurs « me persécuteront et me rejetteront des leurs. Lorsque je te ferai « connaître que la justice divine est irritée contre eux, tu me viendras « recevoir par la sainte communion, tu m'offriras au Père éternel, « comme je te l'enseignerai, pour apaiser sa juste colère et fléchir sa « miséricorde à leur pardonner. » (*Vie et œuvres de sainte Margue- « rite-Marie,* I. Vie par les Contemporaines, p. 276, manchette 292).

(2) « Après s'être donné à moi dans une hostie qui avait été exposée Notre Seigneur me dit : « Ma fille, je viens dans le cœur que je t'ai « donné, afin que par l'ardeur de ton amour tu répares les injures que » j'ai recues de ces cœurs tièdes et lâches qui me déshonorent dans « le S. Sacrement. Cette âme, que je t'ai donnée, tu l'offriras à Dieu « mon Père pour détourner les peines que ces âmes infidèles ont méri- « tées, et par mon Esprit tu l'adoreras sans cesse avec vérité, pour tous « ces esprits qui ne l'adorent qu'avec dissimulation et fausse appa- « rence. » (*Ibid.*, p. 266, manchette 381.).

mensis : « Jubebat me communionem offerre quam feria cujusvis mensis prima sexta accipio ut divinae justitiae satisfieret pro peccatis quae contra caritatem peraguntur (1). »

Haec pauca sufficiant ad manifestandam tam mentem quam praxim devotionis nostrae.

Ut ex dictis apparet, tota vita christiana, omnes actus hujus vitae, iique potissimum qui recolunt SS. Sacramentum vel SS. Cor Jesu, fiunt actus devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum, si secundum spiritum proprium hujus devotionis perficiuntur.

(1) « Notre Seigneur m'ordonnait de consacrer ma communion de chaque premier Vendredi à satisfaire à sa divine justice pour les fautes qui se commettent contre la charité. » *Vie et œuvres de la sainte Marguerite-Marie* II, lettre 84, p. 292).

CONCLUSIO

Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum, de qua sumus ex animo, licet formidolose ac imperfecte, locuti, solidis certe innititur fundamentis, uti res est in hoc opere demonstrata. Libet nunc coronidis causa proferre haec RR. P. Lepidi verba : « Hanc in Eucharisticum Cor Jesu devotionem, quae est vera et ab aliis devotionibus vere distincta, quae utpote attingens amorem maximum Jesu Christi erga homines, est excellentissima et nobilissima, valde salutaris ; corde fervido, Christo morienti et viventi aptati, recolant fideles. Coram imagine SS. Cordis Eucharistici, praesertim coram SS. Eucharistia prostrati, recogitent amorem Jesu Christi dantem simul et datum, et dicant : Ille, ille vere diligit me, et tradit semetipsum pro me ! Ecce, ecce ego me trado illi. Continet devotio ista illum ignem quem Dominus venit mittere in terram. Et quid vult Ipse nisi ut accendatur ? (1) »

Ac revera plurimi jam atque piae quidem famae homines fuerunt illo igne divino succensi, quorum juvat unius alteriusve verba ipsa commemorare.

B. P. Eymard, qui fuit primus Cordis Eucharistici praedicator, talia scripsit (1860) : « Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum optimam partem tenuit apud Rotomagum et Turones. Peculiarem habui concio-

(1) *Op. cit.*, p. 23.

nem apud Turones; semen est. » Et alludens difficultatibus quas quidam suscitabant, aiebat : « Furentes procellas inanes perferatis. Velut ignis ardete primo sub cinere condensus, qui vim cogit qua erumpat in incendium... A Deo procedit devotio erga Cor Jesu Eucharisticum... cujus forsan propagatores acerbe notabuntur; subeunda erit vituperatio (1). »

Venerabilis vero Dom Bosco, postquam de hac devotione audiverat, ista omnino solantia verba edicebat : Devotionem hanc multis animabus magno futuram incitamento ad amorem erga Dominum nostrum et Sanctam Eucharistiam conjicio. Quam ego quidem, sodalesque omnes, si occasio tulerit, divulgare et propagare conabimur. » — Paucis ante diebus quam pretiosa morte absumeretur, sanctus ille religiosus ita locutus est : « Utinam junior essem! Contenderem ut magis innotesçat et ametur Cor Jesu Eucharisticum, sed senex factus sum et aetate fractus. Peropportune vero adhuc orare possum, quod toto corde ago ut infirmitati meae suppleat Dominus, omniumque corda almis ardeant flammis amoris divini (2). »

Cui voto eventus feliciter quodie respondet. Devotio enim nostra hisce temporibus increscit, atque ubique

(1) « Le Cœur Eucharistique a eu sa belle part à Rouen et à Tours. J'ai fait un sermon spécial à Tours; c'est la semence! »

« Laissez souffler les tempêtes stériles. Soyez du feu, d'abord sous la cendre, concentré en lui-même, pour ramasser sa force d'explosion... La dévotion au Cœur Eucharistique vient de Dieu... On blâmera peut-être ses apôtres, mais il faut laisser dire. » (*Revue de l'Archic. du C. E.*, 1911, p. 94.)

(2) « Je crois que cette dévotion réveillera dans beaucoup d'âmes l'amour de Notre-Seigneur et de la Sainte Eucharistie; moi et les miens la ferons connaître à l'occasion, nous la propagerons. »

« Je voudrais être jeune pour faire connaître et aimer le Cœur Eucharistique de Jésus, mais je suis bien vieux et bien brisé... Heureusement je puis encore prier, et je le fais de tout mon cœur, afin que le Seigneur supplée à mon impuissance, et que tous les cœurs soient embrasés des saintes flammes de l'amour divin. » (*Revue de l'Adoration Réparatrice*, 1906, p. 159.)

gentium radices emittit. Innumerae sunt sodalitates, quae Archiconfraternitati Romae erectae uniuntur. Innumeri sunt presbyteri qui sacerdotali consociationi a Corde Eucharistico nuncupatae, atque a SS. Pio X approbatae, nomen dederunt. Innumerae paroeciae necnon et religiosae communitates quae SS. Cordi Jesu Eucharistico fuerunt consecratae. Innumeris indulgentiis devotio ipsa fuit ditata. Innumerae denique sunt gratiae quae e Corde Jesu Eucharistico in animas tum justorum tum peccatorum effluxerunt.

In hunc ergo finem laboremus atque oremus ut nempe in dies amplius ac magis diffundatur nostra devotio, ut amplius colatur, consoletur, et ametur SS. Cor Jesu Eucharisticum. Ita sane perficietur singulare hoc SS. Pii PP. X optatum, quod ille (1904) Cordis Jesu Eucharistici imagini propria manu subscripsit : « *Cor Jesu Eucharisticum flagrans amore nostri, inflammet amore sui corda sodalium Archisodalitatis SS. Cordis Jesu Eucharistici* (1). »

Tandem, fiducia animati atque amore in illud Cor amantissimum, dicamus nos mente humili ac demissa : « *Cor Jesu Eucharisticum, dulcis comes exilii, da pacem Ecclesiae, da salutem patriae.* »

Ex amore Jesu et Mariae.

(1) *Revue de l'Adoration Réparatrice*, 1904, p. 131.

PARS TERTIA

DOCUMENTA

DOCUMENTA HISTORICA

Documentum I. — *Declaratio RR. DD. Fava, Episcopi Gratianopolitani (1883).*

Qui n'aimerait à considérer le Cœur de Jésus comme un océan infini de bonté : que cette bonté le guide soit à travers les villes et les bourgades, les plaines et les montagnes, où il cherche la brebis égarée; soit jusqu'au Calvaire, où il verse son sang et meurt pour nous; soit dans la sainte Eucharistie, où il se fixe pour nous attendre? En fait, la dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus, c'est la dévotion au Cœur de Jésus, considéré dans l'Eucharistie, où il nous témoigne un amour d'une particulière tendresse; où il vit avec nous, comme le compagnon de notre pèlerinage sur la terre; où il est notre vie. En face d'un autel, l'âme interroge la solitude où est plongé souvent le tabernacle; elle n'entend que les bruits du dehors qui attestent que les hommes courent à leurs affaires, à leurs fêtes, à leurs plaisirs, oubliant l'Hôte divin de nos églises; puis, cherchant ce qui retient Jésus prisonnier dans nos tabernacles, oubliés de la foule, elle va jusqu'à son Cœur adorable, et elle se dit : Ce qui enchaîne Jésus dans l'Eucharistie, c'est son Cœur. Alors cette âme comprend; elle sent, elle rend elle-même grâce au Cœur de Jésus dans l'Eucharistie. Comme il fallait exprimer cette pensée par un mot propre, on a dit : *Cœur Eucharistique*. D'aucuns s'effraient des mots nouveaux, alors même qu'ils expriment des choses vraies, approuvées par l'Église : ils ont leurs raisons, sans doute. Toutefois, ces raisons cessent, et doivent cesser d'en être, quand l'Église accueille ces mots qui signalent en définitive un progrès dans la dévotion des fidèles, et l'intelligence du dogme catholique.

(*Signé*) : † Amand-Joseph,
Évêque de Grenoble.

DOCUMENTUM II. — *Adoratio perpetua Cordis Eucharistici in Ecclesia Voti Nationalis, in Monte martyrum, Parisiis, in Gallia.*

Le mercredi 14 janvier 1885 a été inaugurée la nouvelle forme sous laquelle doit fonctionner l'Association de l'Adoration réparatrice du Sacré Cœur de Jésus et qui est comme le complément ou mieux la réalisation complète du Vœu national ; cette association portera dorénavant le titre : Œuvre de l'Adoration du Cœur Eucharistique de Jésus. Nous disions dans le *Venite adoremus* du dernier Bulletin (Bulletin du 10 janvier 1885, page 91), que la prière en l'honneur du Cœur Eucharistique de Jésus, enrichie par Pie IX d'une indulgence de 100 jours, résumait le but de notre Association. C'est ce qui nous a engagé à choisir ce titre définitif, que portera la nouvelle édition des Notices et des Titres d'admission.

Comme cette œuvre se présente à nous avec une importance des plus graves, on nous permettra d'en parler plus longuement et d'en bien établir la nature, le but, l'organisation, les avantages et les indulgences, et enfin les conditions d'admission.

1° *Nature de l'Association de l'Adoration du Cœur Eucharistique.* — Elle est formée des associations qui fonctionnaient séparément dans le sanctuaire du Vœu national : l'*Adoration diurne*, l'*Union de prières*, l'*Adoration nocturne*, et enfin l'*Adoration réparatrice des nations catholiques;* nous les avons nommées dans l'ordre de leur création. L'*Adoration diurne* a été établie dès l'ouverture de la Chapelle : elle était nécessaire pour assurer une garde fidèle autour de la Sainte Eucharistie exposée dès l'origine le vendredi, puis le dimanche, ensuite le mercredi de chaque semaine et enfin tous les jours. L'*Union de prières*, si fortement approuvée par la plupart de NN. SS. les évêques et archevêques, si paternellement bénie par SS. Léon XIII le 28 juillet 1881 (1), a étendu à toute la France l'adoration réelle qui fonctionnait à Montmartre.

(1) « Du Vatican, 28 juillet 1885.

« Nous encourageons et Nous bénissons de tout Notre cœur l'union de prières qui vient de se former en France en l'honneur du Sacré-Cœur, et dans le même esprit d'expiation et de réparation.

« Nous unissons nos prières à celles de tous les évêques et de tous les fidèles de la France Catholique. LÉON PP. XIII. »

L'*Adoration nocturne* est née à l'heure nécessaire; et enfin il y a une année à peine que l'*Adoration réparatrice des nations catholiques* a reçu, à Montmartre, son institution canonique. Avec cette œuvre, nous recevions communication de toutes les indulgences accordées à l'Association romaine; nous pouvions dès lors réunir toutes nos œuvres et n'en former qu'une seule ayant pour objet ce que nous avions toujours cherché, l'adoration incessante, perpétuelle du Cœur Sacré de Jésus vivant dans la Sainte Eucharistie.

Cette association est en effet pour le Cœur Eucharistique de Notre-Seigneur ce que la Garde d'honneur est pour le Sacré Cœur en général. Le culte perpétuel d'amour, d'adoration et de réparation que la Garde d'honneur rend au Cœur de Jésus, dans tous les lieux du monde indistinctement, l'adoration du Cœur Eucharistique le rend devant les tabernacles où repose Jésus-Eucharistie. La Garde d'honneur permet à ses associés de faire leur heure de garde peu importe en quel lieu; l'Adoration du Cœur Eucharistique demande que chaque associé vienne passer devant le Saint Sacrement le temps qu'il a choisi. La Garde d'honneur demande une heure quotidienne d'amour, de louange, d'adoration et de réparation envers le Sacré Cœur; l'adoration du Cœur Eucharistique de Jésus ne demande qu'une demi-heure d'adoration par semaine, mais elle confère des privilèges spéciaux et vraiment bien précieux aux associés qui font chaque jour une ou plusieurs visites au Saint Sacrement.

2° *Buts de l'Adoration du Cœur Eucharistique de Jésus.*

1. Multiplier les visites au Saint Sacrement et faire que des adorateurs se succèdent sans interruption devant le Cœur Eucharistique de Jésus, autant que cela sera possible; par là faire cesser le délaissement et la solitude du divin Prisonnier.

2. Unir toutes les âmes dévotes au Sacré Cœur en France dans une immense association d'adoration, de louange, d'amour et de réparation, laquelle sera comme la basilique spirituelle du Vœu national dont la basilique matérielle deviendra le symbole et le centre visible; élever ainsi à la gloire du Cœur Eucharistique de Jésus un temple spirituel composé des âmes pénitentes et dévouées au Sacré Cœur. La France entière doit devenir un temple dont les diverses

classes de la société seront les assises, les âmes pieuses les pierres vivantes et le Cœur Eucharistique perpétuellement adoré et aimé, le Roi et Seigneur. Ce que la basilique du Vœu national sera pour Paris, l'Association de l'Adoration du Cœur Eucharistique doit l'être, doit le devenir pour la France entière. A Paris, les âmes pieuses se succèdent sans interruption devant le Cœur Eucharistique perpétuellement présent à Montmartre ; en province les âmes pieuses se succéderont devant le Dieu de l'Eucharistie résidant dans les tabernacles de leurs églises respectives et prieront en union avec les adorateurs et les adoratrices de Montmartre, en sorte que les membres de l'Adoration présents dans le sanctuaire de Montmartre seront les représentants de tous les adorateurs de France : ce sera le vœu national dans son entière réalisation : *Gallia pœnitens et devota.*

3° *Organisation et règlement de l'Adoration du Cœur Eucharistique de Jésus.*

1. Le jour spécialement désigné par le Souverain Pontife pour être le jour de l'adoration réparatrice de la France catholique est le jeudi de chaque semaine. Toutefois, quand un motif sérieux ne permet pas de faire la demi-heure d'adoration le jeudi, on peut avoir droit aux indulgences en faisant cette adoration un autre jour de la même semaine. Dans ce but il est permis d'utiliser, quand on ne peut mieux faire, le temps consacré le matin à l'oraison ou à la sainte messe dans une chapelle possédant la sainte réserve.

2. Les associés sont invités à faire des visites au Saint Sacrement chacun des autres jours de la semaine. La durée de ces visites est facultative.

3. On invite MM. les curés, MM. les aumôniers, supérieurs de communautés, de pensionnats, à organiser la visite perpétuelle au Saint Sacrement. Nous délivrerons à cet effet des diplômes de zélateurs. Les zélateurs et les zélatrices peuvent être des laïques : leur fonction est d'organiser les listes de la visite ou de l'adoration perpétuelle du Saint Sacrement.

4. Chaque mois, à Montmartre, le deuxième mercredi, il y a une réunion solennelle des associés. Tous les jeudis, à 3 heures, a lieu l'adoration réparatrice. Les associés y prennent part en portant les insignes de l'association, c'est-à-dire une croix bénite par le Souverain Pontife et

suspendue à un cordon rouge. Le port de cet insigne n'est pas obligatoire pour gagner les indulgences.

5. Au commencement de la visite hebdomadaire ou quotidienne, chaque associé est invité à se transporter en esprit dans le sanctuaire du Vœu national, afin d'y adorer le Sacré Cœur de Jésus, au nom de la France et en union avec les adorateurs de service. On engage aussi les pieux associés à réciter de préférence les prières qui sont indiquées dans le titre d'admission.

6. Les associés qui habitent à peu de distance du sanctuaire du Vœu national sont invités à choisir une demi-heure ou une heure qu'ils viendront passer à Montmartre devant le Saint Sacrement, chaque semaine ou chaque mois. Les associés ainsi inscrits forment ce que nous appelons la branche de l'adoration diurne ou la branche de l'adoration nocturne. Un registre spécial est ouvert pour chacune de ces branches. Les hommes seuls sont admis à faire partie de l'Adoration nocturne.

7. Les associés étrangers qui ont l'occasion de venir à Paris sont instamment invités à venir faire leur adoration à Montmartre. Là toutes les prières prennent un caractère national.

4° Avantages et indulgences de l'Adoration du Cœur Eucharistique de Jésus.

1. Une indulgence plénière à tout associé qui, faisant chaque semaine une demi-heure d'adoration et étant vraiment contrit, confessé et communié, visitera dévotement le Saint Sacrement, soit exposé solennellement, soit résidant dans le tabernacle, et y priera aux intentions du Souverain Pontife. Cette indulgence peut être gagnée chaque jour.

2. Une indulgence de dix ans et dix quarantaines *pour chaque visite* à tous ceux qui vraiment contrits la feront avec le ferme propos de se confesser.

3. Une participation spéciale à toutes les prières et à tous les mérites des membres de l'Adoration diurne et de l'Adoration nocturne, lesquels sont comme les mandataires et les représentants de tous les associés de France.

5° Conditions d'admission dans l'Association de l'Adoration du Cœur Eucharistique de Jésus.

1. Être inscrit sur le registre de l'Association ouvert

dans le sanctuaire du Vœu national. L'association, ayant été canoniquement instituée à Montmartre par S. E. le Cardinal Guibert, archevêque de Paris, jouit de toutes les indulgences de l'Association réparatrice des nations catholiques avec laquelle elle est en relations régulières. Le règlement est le même que celui de Rome; nous n'y avons introduit que les intentions du Vœu national.

2. Vouloir être fidèle autant que possible à l'adoration nationale du jeudi.

3. Faire chaque année une offrande de 15 centimes pour les frais d'administration à Rome et à Montmartre.

Nous pensons que cet exposé sera compris par toutes les personnes pieuses qui ont à cœur la grande œuvre de la réparation nationale. Quelle est la paroisse où ne se trouvent pas quelques âmes de bonne volonté pouvant se ranger sous la bannière de l'Adoration perpétuelle du Cœur Eucharistique de Jésus! Nous ne craignons pas d'affirmer que toute paroisse où s'établira l'Adoration eucharistique recevra bientôt les bénédictions les plus abondantes du Sacré-Cœur de Jésus.

S'adresser pour l'inscription et les offrandes au Supérieur de la chapelle provisoire, rue de la Fontenelle, 31 (Montmartre).

Ach. Rey, O. M. I.,
Premier chapelain du Sacré-Cœur.

Documentum III. — *Litterae Em. Card. Richard, archiepiscopi Parisiensis, omnibus Galliae episcopis, ad illis communicandum Breve SS. Leonis XIII, in favorem devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum.*

Paris, le 31 juillet 1888.

Monseigneur,

Une pieuse association en l'honneur du Cœur Eucharistique de Jésus a été canoniquement érigée à Paris par mon vénérable prédécesseur en 1878. Plusieurs évêques l'ont depuis établie dans leur diocèse; mais il fallait à chaque nouvelle érection adresser une supplique à Rome pour obtenir les indulgences accordées à l'Association de Paris.

Le Saint Siège ayant approuvé cette forme spéciale de la dévotion au Sacré Cœur qui répond aux attraits d'un grand nombre d'âmes pieuses, et ayant autorisé l'insertion dans le *Recueil authentique des Indulgences* de plusieurs prières en l'honneur du Cœur Eucharistique de Jésus, j'ai cru que le moment était venu de demander au Souverain Pontife une concession générale pour toutes les associations érigées ou à ériger sous ce titre par les Ordinaires.

Le Saint Père a daigné répondre par un Bref que je me fais un devoir de transmettre à Votre Grandeur. En vertu de ce Bref, les évêques de France ont la faculté de communiquer à toutes les Confréries érigées ou à ériger dans leur diocèse, en l'honneur du Cœur Eucharistique de Jésus, les indulgences accordées à l'association primitivement établie par le Cardinal Guibert.

Veuillez agréer, Monseigneur, l'hommage de mes respects les plus dévoués en Notre-Seigneur.

(Signé) † François,
Archevêque de Paris.

Documentum IV. — *Litterae Em. Card. Richard, ad SS. Leonem XIII, de indulgentiis devotioni erga Cor Jesu Eucharisticum concessis* (25 Nov. 1897).

Archevêché de Paris.

Très Saint Père,

Nous avons été informés que l'on proposait de supprimer, dans la nouvelle édition de la *Raccoltà delle Indulgenze,* qui doit être prochainement publiée, les prières en l'honneur du Cœur Eucharistique de Jésus. Ces prières auxquelles Votre Sainteté a daigné attacher deux cents jours d'indulgence par un Rescrit de la S. Congrégation en date du 18 juillet 1885, ont été insérées dans l'édition de la *Raccoltà* faite en 1886.

Ces informations ont ému les personnes pieuses...

Je demande à Votre Sainteté la permission de lui exposer avec une entière confiance et une filiale soumission les raisons qui me font vivement désirer que les prières et les exercices en l'honneur du *Cœur Eucharistique* soient

maintenus dans la *Raccoltà*. L'édition de 1886 qui renferme ces prières a été faite par le savant Cardinal Franzelin, alors préfet de la Sacrée Congrégation des Indulgences, après avoir reconnu l'exactitude théologique des formules de la dévotion envers le *Cœur Eucharistique de Jésus*.

Encouragé par une si haute autorité et considérant que la pieuse association établie à Paris sous le titre du *Cœur Eucharistique de Jésus* et déjà approuvée par Lettres apostoliques du Saint Siège se répandait au loin dans les diverses régions de la France, j'ai humblement supplié Votre Sainteté qu'elle daignât étendre à tous les diocèses où la pieuse Association serait canoniquement érigée, les mêmes indulgences qu'elle avait accordées au diocèse de Paris.

Votre Sainteté exauça nos prières par un Bref apostolique *ad perpetuam rei memoriam,* donné à Rome le 27 janvier 1888, que je fus heureux de communiquer à tous les évêques de France et dont je demande la permission de joindre ici un exemplaire.

Ce n'est pas seulement en mon nom, mais c'est aussi au nom de l'Éminentissime Cardinal Langénieux, Archevêque de Reims, qui m'en a hier spécialement chargé, que je dépose aux pieds de Votre Sainteté notre humble demande, afin que la dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus, si chère aux pieux fidèles et déjà confirmée par plusieurs Actes du Saint Siège, ne soit pas amoindrie.

Prosterné à Vos pieds, Très Saint Père, je sollicite instamment pour moi et pour les fidèles confiés à ma sollicitude la Bénédiction Apostolique.

Très Saint Père,

De Votre Sainteté,

Le très humble et très obéissant serviteur et fils,

Signé) † François, Card. Richard,
Archevêque de Paris.

Paris, le 25 Novembre 1897.

DOCUMENTA QUOAD PRAXIM DEVOTIONIS

ASSOCIATIONES

I. — *Archisodalitas Eucharistici Cordis Jesu.*

§ 1. — Ejus objectum.

Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum eo praecipue spectat, ut peculiari laudis, venerationis, amoris et grati reverentisque animi studio continue recolatur « ille supremae dilectionis actus, quo amantissimum Cor Jesu adorabile Sacramentum instituit » ut nobiscum usque ad consummationem saeculorum maneret.

Devotio, simpliciter nuncupata Sacri Cordis Jesu, complectitur, absque distinctione, omnia opera, quae Dominus Noster, Suo erga nos amore permotus, peregit. Quam rem bene illustrat illud Sancti Pauli : « Christus dilexit me et tradidit semetipsum pro me » (Gal., II, 20). Christus dilexit nos, ideoque parvulus factus est, laboravit, praedicavit, passionem sustinuit et tandem mortuus est. Uno verbo, ab initio usque ad finem suae vitae, Cor Jesu, sub impulsu sui amoris erga nos numquam a palpitando destitit. Hoc est devotionis Sacri Cordis Jesu fundamentum.

Sed in vita mortali Domini Nostri, specialis adest circumstantia, in qua eius amor, ut ita dicam, se ipsum superavit, quando, pridie quam pateretur, Eucharistiae Sacramentum instituens, semetipsum donavit.

Sanctus Joannes indicat illud, quod incomparabile inest in hac manifestatione caritatis Jesu Christi erga nos, per sequentia verba : « Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos » (Joan., XIII, 1).

Eucharistia est charitatis Jesu opus perfectissimum.

Ejus vita totus amor extitit : amor in Bethlehem, amor in Nazareth, amor in Calvario, sed praecipue fuit amor in ultima Coena, in qua instituta fuit Sanctissima Eucharistia, quae omnium divinorum mirabilium est compendium. In hoc incomparabili Sacramento, Dominus Noster omnes suae bonitatis divitias exhausit, omnes suae gratiae et misericordiae thesauros congessit. Juxta praeclarum Alberti Magni effatum, Jesus factus est *socius nostrae peregrinationis, pretium nostrae redemptionis, cibus nostrae mortalitatis.*

Consideremus insuper, istum supremum dilectionis actum, originem Eucharistiae, non fuisse transitorium in Corde Jesu, sed perpetuum.

Ab omni aeternitate Filius Dei hoc supremum sui amoris inventum intuens dixit : *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum* » (Luc., XXII,, 15).

Tandem post undeviginti saecula et amplius, in Hostia Sacra, sicut in coelo, Jesus nos diligit corde suo; et usque ad consummationem dierum, per Eucharistiam esse socius noster, cibus noster, victima nostra numquam cessabit.

Justum igitur est, admirabili Jesu Redemptoris charitati speciale obsequium tribui ob talem *supremae dilectionis actum.*

In hoc sita est devotio erga Cor Jesu Eucharisticum.

Nullatenus nova est ista devotio, *quae utpote attingens amorem maximum Jesu Christi erga homines, est excellentissima et nobilissima, valde salutaris.*

In eadem etiam maxime sibi complacuerunt Sancti et, inter alios, S. Alphonsus in deliciis habebat salutare amantissimum Cor Jesu, unde omnia Sacramenta profluxerunt, et praecipue istud Sacramentum amoris (Visit. SS. Sac., die 20).

Huic tam fundamentali devotioni nomen speciale deerat, ut corda fidelium quasi nova efficacia ad amorem erga sanctissimam Eucharistiam excitarentur. Ecclesia autem hoc nomen pronuntiavit, scilicet COR EUCHARISTICUM, nomen novum, e coelo veniens, a quinque summis Pontificibus consecratum, nomen omnia alia nomina continens, quia utpote Sacramentum amoris omnia mysteria Jesu reproducit.

Deerat Consociatio, ut in unum animas colligeret, cupientes manifestare amorem et grati animi sensus ob

istud praestantissimum donum; et Leo XIII in sua praedilecta Ecclesia S. Joachimi de Urbe institutum voluit Eucharistici Cordis Jesu Archisodalitium, quod spiritualibus favoribus auxit.

Tandem deerant viri, studio apostolico pleni, qui tam efficacem propagarent devotionem et haec missio tradita fuit curae sodalium e familia S. Alphonsi, Ecclesiae Doctoris, per totum orbem diffusa. (Breve Leonis XIII, 16 Febr. 1903).

§ 2. — Summarium indulgentiarum.

A) Indulgentiae Plenariae.

I. — Omnibus ex utroque sexu Sodalibus die eorum ingressus in Archisodalitatem, si ad sacramenta confessionis et communionis rite accesserint, et ad mentem Summi Pontificis pie oraverint.

II. — Iisdem quovis anni die, si, uti supra dispositi, in quovis publico templo aut sacello SSmum Sacramentum publice expositum vel etiam in tabernaculo reclusum, saltem per horae dimidium adoraverint.

III. — Iisdem sodalibus, confessis ac S. Synaxi refectis, qui ecclesiam quamcumque seu publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint diebus infra descriptis, videlicet :

1. — Prima Dominica, vel prima Feria V. cujuslibet mensis;
2. — Feria V in Coena Domini;
3. — In solemnitate S. Joseph, Sponsi B. M. V.;
4. — In solemnitate Corporis Domini;
5. — In festo B. M. V. de Perpetuo Succursu;
6. — In festo SS. Cordis Jesu;
7. — In festo Eucharistici Cordis Jesu.
8. — *Mense Januario* : Diebus 6, festo Epiphaniae Domini; 22, anniversario erectionis primae Sodalitatis SS. Cordis Jesu Eucharistici; 27, festo S. Tharsicii M.;
9. — *Mense Februario* : diebus 2, festo Purificationis B. M. V.; 16, anniversario erectionis Archisodalitatis in pontificali ecclesia S. Joachim de Urbe.
10. — *Mense Martio* : diebus festis 7, S. Thomae Aquinatis, C. et D.; 19, S. Joseph, Sponsi B. M. V.; 25, Annuntiationis B. M. V.;
11. — *Mense Aprili* : die 16, festo S. Benedicti Josephi Labre, C.;
12. — *Mense Maio* : diebus festis 8, Apparitionis S. Michaelis Archangeli : 17, S. Paschalis Baylon, C.;

13. — *Mense Junio :* diebus festis 13, S. Antonii Pat. C.; 29, SS. Apostolorum Petri et Pauli;

14. — *Mense Julio :* die 1, in festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.; die 15, in solemnitate SS. Redemptoris;

15. — *Mense Augusto :* diebus festis 2, S. Alfonsi M. de Ligorio Ep. C. et D.; 16, S. Joachim, Patris B. M. V.;

16. — *Mense Septembri :* diebus festis 8, Nativitatis B. M. V.; 29, Dedicationis S. Michaelis Archangeli;

17. — *Mense Octobri :* diebus festis, 15, S. Theresiae. V.; 16. S. Gerardi Majella, C.;

18. — *Mense Novembri :* die 1, festo Omnium Sanctorum;

19. — *Mense Decembri :* diebus festis 8 Immaculatae Conceptionis B. M. V.; 25, Nativitatis D. N. I. C.; 27, S. Joannis Ap. et Ev.

IV. — Iisdem Sodalibus, qui saltem in hebdomada per dimidium horae SS. Sacramentum adorare consueverint, si confessi ac S. Synaxi refecti, aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint et ad mentem Summi Pontificis oraverint diebus festis : Paschae, Pentecostes, Ascensionis Domini et Assumptionis B. M. V., necnon aliis quinque per annum, ad cujuslibet arbitrium, diebus.

B) **Indulgentiae Partiales.**

1. — Septem annorum et septem quadragenarum, Sodalibus corde saltem contrito aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitantibus, diebus infra descriptis : 1. In festo Circumcisionis D. N. J. C., die 1 Jan. — 2. In Paschate Resurrectionis. — 3. In festo Ascensionis Domini. — 4. In festo SS. Cordis Jesu. — 5. In festo Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C., die 1 Julii. — 6. In festo Transfigurationis D. N. I. C., die 6 Aug. — 7. In duobus festis Septem Dolorum B. M. V. (feria VI post Dom. Passionis et die 15 Septembris). — 8. In festo SS. Rosarii, die 7 octobris. — 9. In festo S. Thomae Ap., die 21 Decembris. — 10. — In festo S. Joannis Ev., die 27 Decembris — 11. In festo Eucharistici Cordis Jesu.

II. — Trecentorum dierum Sodalibus corde similiter contrito recitantibus orationem : — Prière d'offrande : « Mon Dieu, je vous offre les actions et les peines de cette journée en union au Cœur Eucharistique de Jésus, dans un esprit d'adoration, d'action de grâces, de réparation et de supplication, afin de rendre à cet adorable Cœur, vivant au milieu de nous, les devoirs de justice et d'amour dus à son auguste présence, pour rendre aussi à votre divine Majesté, par Lui, avec Lui, et en Lui la gloire que Lui-même vous rend ici-bas, et afin d'obtenir, par ce tout-puissant Médiateur, la paix pour l'Église, le salut pour la patrie et les autres grâces que nous implorons. »

III. — Ducentorum dierum semel in die Sodalibus, qui saltem corde contrito ac devote SSmum Eucharistiae Sacramentum adoraverint.

IV. — Centum dierum semel in die Sodalibus corde item contrito recitantibus jaculatoriam precem : Cor Jesu Eucharisticum, in nostro exilio solatium, da pacem Ecclesiae.

C) **Altare privilegiatum.**

Altare Archisodalitatis et Sodalitatum aggregatarum gaudent privilegio in favorem animae cujuslibet christifidelis in Dei gratia vita functi, pro quo S. Missae Sacrificium applicatur.

S. Poenitentiaria Apostolica praesens Summarium recognovit, approbavit, et imprimi ac publicari permisit : declarans alias quaslibet concessiones, si quae pridem, relate ad Indulgentias, Sodalitati factae fuerint, nullius amplius esse roboris. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, in S. Poenitentiaria, die 16 Augusti 1918.

De mandato D. Card. Poenit. Majoris,

Jo. Bapt. Menghini, *Subst. pro Indulg.*
Petrus Ravelli, *Offic. pro Indulg.*

Indulgentiae omnibus concessae.

100 dierum semel in die pro jaculatoria : Sit laudatum, adoratum, amatum ipsique grates solvantur, Cor Jesu Eucharisticum, omnibus momentis et in omnibus mundi tabernaculis, usque ad consummationem saeculi. Amen. (Pius PP. IX, Rescript. 29 Febr. 1868.)

200 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Cor Jesu Eucharisticum, flagrans amore nostri, inflamma cor nostrum amore tui (Leo PP. XIII, Br. 6 Febr. 1899.)

200 dierum *toties quoties* pro : Oratione in forma litaniae ad SSmum Cor Jesu Eucharisticum, — Consecratione eidem SSmo Cordi Eucharistico — et Honorificae Reparationis actu. (Leo PP. XIII, Br. 6 Febr. 1899.)

300 dierum *toties quoties* ante Sanctissimum publice expositum recitatur oratio : « O Cor Eucharisticum, o amor supreme Domini Jesu,.. etc. ». *Plenaria* autem semel in mense, die ad cujusque arbitrium eligendo, praevia confessione et communione, iis qui eamdem precem quotidie recitaverint, et quavis hebdomada, saltem per dimidiam horam, SSmum Sacramentum adoraverint. (Leo PP. XXIII, Br. 2 Junii 1902.)

200 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Adoremus, gratias agamus, suppliciter imploremus, consolemur, una cum Maria Immaculata, Sacratissimum et Amatissimum Cor Jesu Eucha-

risticum. Insuper *plenaria*, die 8 Decembris, iis qui eam per solidum annum quotidie semel saltem recitaverint, dummodo confessi ac S. Communione refecti quodvis templum publicum sive sacellum visitent ibique ad mentem Summi Pontificis orent. (Pius PP. X, Br. 19 Dec. 1904.)

300 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Benedictum sit Sacratissimum Cor Jesu Eucharisticum. (Pius PP. X, B. Rescr. 2 Junii 1905.)

300 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Cor Iesu Eucharisticum, cordis sacerdotalis exemplar, miserere nobis. (Pius PP. X, Rescr. 10 Sept. 1907).

300 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Cor Jesu Eucharisticum, miserere nobis. (Pius PP. X, Rescr. 26 Decembris 1907.)

300 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Cor Jesu Eucharisticum, adauge nobis fidem, spem et caritatem. (Benedictus PP. XV, die 5 Aprilis 1917.)

300 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Cor Jesu Eucharisticum, fornax divinae caritatis, da pacem mundo. (Pius PP. XI, die 10 Maii 1922.)

300 dierum *toties quoties* pro jaculatoria : Amor, honor et gloria reddantur Cordi Jesu Eucharistico. (Pius PP. XI, die 10 Maii 1924.)

§ 3. — Conditiones admissionis (1).

1. *Ut nomen inscribatur*, sive in Ecclesia S. Joachimi in Urbe, sive in aliqua domo Patrum Congregationis SSmi Redemptoris, sive in aliqua ecclesia ubi erecta fuit et Archisodalitati cooptata Sodalitas Eucharistici Cordis Jesu.

2. — Ut in die admissionis, vel infra Octavam, *recitetur actus consecrationis* Eucharistico Cordi Jesu.

3. *Quoad praxim devotionis*, cfr. supra caput XI tractatus theologici : De praxi devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum.

II. — *Consociatio Sacerdotum a Corde Jesu Eucharistico.*

§ 1. — Ejus ratio et origo.

Si omnis christianus animam eucharisticam habere debet, scilicet amore et gratitudine repletam erga Cor illud, quod nobis donavit Sacramentum Sacramentorum, multo

(1). Cfr. P. Krebs, *La dévotion au Cœur Eucharistique de Jésus*, III et IV Part., pp. 89 et sqq.

magis animae Sacerdotum eidem specialiter consecrari ac devotionem exhibere debent.

Nonne pro Sacerdotibus Cor Jesu tenerrimo ac suavissimo amore palpitat, amore, inquam, magno, qui complectitur omnem suam dilectionem erga animas? (1).

Nonne Cor Jesu suum amorem omnibus animabus in institutione Sanctissimae Eucharistiae elargiens, sacerdotes praetulit quibus suam praedilectionem ostendit, perfectissimum suae charitatis opus adimplens, eosdem suo divino sacerdotio aggregans, et eosdem, tanquam ministros, custodes ac dispensatores sui sacramenti amoris constituens?

Proinde, potestne nobilior excogitari devotio, quam ista, tam apta sacerdotibus?

O sacerdos, meditare Cor Jesu Eucharisticum, « *exemplar cordis sacerdotalis* » et pro viribus stude, ut illi exhibeas cor vere eucharisticum, eo fine, ut sicut tuum sacerdotium unum idemque est cum ejus sacerdotio, ita cor tuum et illius unum sint.

Hisce piis sensibus repleti, duo religiosi Redempotristae, muniti benedictione sui Rmi Patris Generalis, coram Summo Pontifice Pio Papa X, in audientia diei 25 Maii 1911, suas ideas, ac sua vota eidem exposuerunt. Qui, postquam eos attente auscultavit, et ipsemet schema statutorum Consociationis legit, arrepto calamo, haec scripsit :

« Juxta preces, piam sodalitatem adprobantes, dilectis confratribus apostolicam benedictionem ex animo impertimus. »

Talis fuit origo Consociationis Sacerdotum a Corde Jesu Eucharistico.

Decretum Erectionis Canonicae.

Petrus tituli SS. Quatuor Coronatorum, S. R. E. Presbyter Cardinalis Respighi, SS. D. N. Papae Vicarius Generalis, Sacros. Patr. Basilicae Lateranensis Archipresbyter, Romanae Curiae ejusque Districtus judex ordinarius, etc.

Piae Consociationis Sacerdotum a Corde Jesu Eucharistico, jam a SS. D. N. Pio PP. X. adprobatae, statuta nunc nobis exhibita, Ordinaria Nostra Auctoritate libentissime

(1) Ex quadam oratione quam Pius Papa X indulgentia ditavit.

adprobamus ac confirmamus. Insuper praedictam Consociationem erigimus atque erectam esse declaramus in Ecclesia S. Alphonsi de Urbe in Exquiliis.

Datum Romae, ex aedibus Vicariatus, die 9 Junii 1911. Petrus Respighi, Card. Vic.

Franciscus Faberi, Secret.

§ 2. — **Statuta Piae Consociationis.**

En statuta Consociationis eo modo, quo a Jesu Christi Vicario fuerunt adprobata. Quibus nonnulla explicationis verba addere iuvat.

« Art. I. — *Unio sacerdotum, sub titulo « Associationis Sacerdotum Cordis Jesu Eucharistici » erecta est Romae in ecclesia Sancti Alphonsi.* »

« Sacerdotes a Corde Jesu Eucharistico ». Talis igitur est titulus a Jesu Christi Vicario dilectis nostris sociis impositus, qui ex officio ponuntur sub divino patrocinio Cordis Jesu Eucharistici, quod est cordis sacerdotalis exemplar.

In Urbe *Roma*, christiani orbis centro, Consociatio suam habet sedem, ut adscripti in mentem revocent, se esse debere filios dociles ac devotos Sanctae Ecclesiae ac R. Pontificis.

Ecclesia Sancti Alphonsi fuit electa, tamquam Consociationis sedes, quia sodalibus e familia S. Alphonsi Sancta Sedes jam curam Archisodalitii a Jesu Corde Eucharistico commiserat. Quum autem Ecclesia S. Alphonsi in Domo Generalitia Patrum Redemptoristarum inveniatur, Sacerdotes a Corde Jesu Eucharistico habent quoddam velut vinculum cum Congregatione Sanctissimi Redemptoris, fundata a S. Alphonso, et speciali modo omnia merita et bona opera hujus Instituti participant.

Ecclesia S. Alphonsi prodigiosam effigiem Dominae Nostrae a Perpetuo Succursu possidet.

Consociatio igitur tamquam patronam secundariam, Immaculatam Virginem sub hoc suavi titulo Dominae Nostrae a Perpetuo Succursu honoratam, considerabit, atque ita Socii programma in praxim deducent, expressum in hac oratione, cui adnexa est indulgentia : « Adoremus, supplici-ter imploremus, consolemur, cum Maria Immaculata,

Sacratissimum et Amatissimum Cor Jesu Eucharisticum, ipsique gratias agamus. » (Pius PP. X, 200 dies indulg. toties quoties.)

Postremo Ecclesia S. Alphonsi suapte natura singulis sociis tertium protectorem et exemplar procurat, scilicet titularem ipsius Ecclesiae, insignem Doctorem S. Alphonsum de Ligorio, qui summopere Iesum Sacramentatum dilexit, et fortiter adlaborando effecit, ut Iesus ab animabus et praesertim a Sacerdotibus diligeretur.

« Art. II. — *Associatio haec sibi proponit :*

1° *sanctificationem ipsorum sodalium ope devotionis erga sanctissimum Cor Eucharisticum;*

2° *aedificationem spiritualem proximi per opera pietatis et misericordiae, secundum normam datam a Dño Nostro Pio Papa X, die 4 Augusti 1908 in Ipsius Litteris "Exhortatio ad Clerum" et in conformitate cum Decretis "Sacra Tridentina Synodus" et "Quam singulari".* »

Sacerdotis natura in hoc sita est, ut semetipsum et alios sanctificet. Talis etiam est finis Consociationis Nostrae, quae nihil aliud quaerit, quam socios adiuvare, ut duplicem hunc finem assequantur.

1° Sacerdotes a Corde Jesu Eucharistico sese sanctificabunt, Cor Jesu Eucharisti cum meditantes, amantes, exorantes ac imitari studentes Ejus divinas virtutes et praesertim ardentem Illius caritatem : quae caritas et virtutes manifestae fient, et incessanter per *dignissimam* celebrationem sacrosancti missae sacrificii augescent. « Ut Eucharisticum Cor Jesu Christi regnet in mundo, oportet ut prius regnet in Sacerdote. »

2° Ipsi erunt salvatores et sanctificatores animarum :

primum, per exempla suae sanctae vitae;

deinde per opera ministerii ac zeli sacerdotalis, in eo statu, in quo eosdem posuit Providentia divina, sub obedientia et juxta speciales ipsorum qualitates;

et praesertim per eucharisticum ipsorum apostolatum.

Ad hunc duplicem finem assequendum, saepius ac libenter consistent in lectione admirabilis exhortationis Pii X ad Clerum circa sacerdotalem sanctitatem et eidem propriam vitam conformare studebunt.

Ita fient apostoli Eucharistiae, et pro viribus adlaborabunt, ut Decreta Sedis Apostolicae observentur, ac proinde desideria Cordis Jesu expleantur, quatenus respiciunt communionem frequentem et quotidianam (*Sacra Tridentina Synodus*) sicut et communionem puerorum (*Quam singulari*).

« Art. III. — *In Associationem admittuntur omnes sacerdotes qui supradictum scopum prosequendi voluntatem gerunt* ».

Consociatio latissime patet omnibus sacerdotibus saecularibus aut regularibus, qui amici et apostoli Cordis Eucharistici esse cupiunt, et sibi observantiam statutorum Consociationis proponunt.

Ejus regulae non sunt incompatibiles cum regulis ullius Instituti religiosi, vel ullius Consociationis sacerdotalis. Piae exercitationes, quae praescribuntur, non obligant sub poena peccati : possunt libere omitti, si quando impedimento sunt officiis proprii status, aut regulae particulari quam quis amplexus fuerit.

« Art. IV. — *Essentialia media quibus associationis finis obtineri debet, sunt :*

1° speciali cultu venerari supremum dilectionis actum quo Redemptor noster omnes Cordis sui divitias effundens, adorabile instituit Eucharistiae sacramentum;

2° celebrare Missam, sese in unione cum divina Victima immolando;

3° Christo Domino, in sublevandis humilibus, afflictis, sese devovere. »

1° Consociatio suum duplicem finem per devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum consequetur.

2° Singuli socii hanc devotionem, praesertim in celebrando, summa qua decet reverentia, sacrosancto missae sacrificio profitebuntur.

Per celebrationem sanctae missae sacerdos est vere talis, et a simplicibus fidelibus differt. Eucharisticum Cor Jesu conferens ei potestatem offerendi sanctum sacrificium, Sese infinite prodigum erga ipsum praestitit, eumque cum principibus populi Sui collocavit; pariter per sanctum

missae sacrificium sancte celebratum, sacerdos sese devotum erga Cor Jesu Eucharisticum exhibebit. Qui tam intime Sanctae Victimae unietur, ut cum Ipsa unum sit, simul cum Ea se ipse immolet.

Ita adscripti huic Consociationi considerare debebunt sanctam Missam, sicut opus maximum, quo perfungantur; ad quod, velut ad suum centrum, actiones convergant omnes.

Ad missam, per piam recitationem Matutini ac Laudum, et per orationem mentalem, serio peractam, se praeparabunt. Quando Sancta Missa illico post orationem non celebrabitur, nonnulla temporis momenta meditationi aut orationi impendent, antequam ad altare ascendant.

Etiam magna cum puritate conscientiae, multa cum dignitate, celebrabunt, evitantes nimiam festinationem, sicut etiam nimiam tarditatem, et fideliter rubricas Ecclesiae observabunt.

Missa celebrata, diutius gratiis agendis vacabunt, saltem per horae quadrantem, memores se tunc maxime cor eucharisticum erga Jesum et iuxta illud Jesu habere debere.

Gratiarum actionem, per reliquum diem prosequentur per devotam officii divini recitationem, per visitationem SS. Sacramenti, quam praxim fideliter et constanter servabunt, per frequentem usum piarum precum, quae jaculatoriae vocantur et per fervidam rosarii recitationem.

Oportet ut sacerdotes Eucharistici Cordis Jesu quovis momento dicere possint :

« Ego me ad missam celebrandam praeparo » vel etiam: « Ego in gratiarum actione persisto ».

Ita dies ipsorum vere eucharisticus dici poterit : ita coniuncti cum Corde Eucharistico Domini Nostri remanebunt : ita Ejus intimi amici, consolatores et apostoli evadent.

3° Ex missa digne celebrata etiam flammam haurient veri zeli, quae eos ad se dedicandos servitio Domini Nostri in persona parvulorum, pauperum, infirmorum, ignorantium, et peccatorum impellet. Quare ne minimum quidem temporis momentum deperdant, sed illud unice explendis proprii status officiis (orationi, studio, ministerio) impendant.

Interim sibi bene persuadeant, praedicationem et opera zeli (consociationes, circulos, patronatus, bibliothecas, etc.)

animabus eo magis fore salutifera, quo arctius eas unire satagent Cordi Jesu Eucharistico.

Pro viribus igitur studeant, ut illas ante tabernaculum, ad sanctum Missae sacrificium, praecipue ad sacram mensam adducant.

Ad sacerdotium autem dirigant et, data occasione, etiam adjuvent eos adolescentes, in quibus vocationis signa agnoverint.

Quantum erit in ipsorum potestate, pueros praeparent et adducant ad sacram mensam, infirmos ad sanctum viaticum suscipiendum, indifferentes et peccatores ad implendum praeceptum paschale, omnes fideles ad communionem frequentem et etiam quotidianam.

O Sacerdotes Jesu, hodiernae societati, in scepticismo, in morum depravatione, in dolore et odio agonizanti, thesaurum offeramus, scilicet Cor Jesu Eucharisticum, cujus nos ministri, custodes et apostoli sumus : offeramus illi Jesum in Eucharistia nobiscum manentem, et iterum vitam habebit!

« Art. V. — *Unicuique sodalium norma quaedam tradetur in qua praecedentes articuli fusius evolvuntur et explanantur.* »

Tale est praesentis opusculi objectum. Singuli Socii hoc iterum atque iterum legant, cum desiderio eidem suam agendi rationem conformandi. Insuper enixe rogantur, ne hoc incidere sinant in manus ullius, qui sacris ordinibus non sit initiatus.

« Art. VI. — *Ut spiritus Associationis magis magisque crescat, periodico « Cordis Eucharistici » speciale aliquod pro sacerdotibus scriptum adnectitur.* »

Quamvis receptio Periodici, cui titulus *Revue du Cœur Eucharistique* non sit conditio *sine qua non*, singuli tamen Socii enixe rogantur, ut praedicto Periodico, gallica lingua exarato, dent nomina (1).

Hoc autem, revera, pro objecto habet maximam propagationem devotionis erga Cor Jesu Eucharisticum. Ita

(1) Directio : 170, boulevard du Montparnasse, Paris, XIVe; pretium annuae subnotationis, pro Gallia est : 6 fr.; pro aliis regionibus : 8 fr.

Socii studebunt non modo, ut sua dent Periodico nomina, sed illud propagent, prout hujus rei opportunitas se obtulerit.

Pluries per annum, in praefato Periodico commentariolum, sacerdotibus a Corde Jesu Eucharistico specialiter reservatum, reperient. Istud commentariolum inter Archisodalitii nostri Socios erit unionis vinculum. Quidquid in dies respicit Consociationis progressum, indicabit et in ipsis spiritum et amorem piae Consociationis augebit.

§ 3. — Conditiones admissionis et perseverantiae in Pia Consociatione.

1° Ut aliquis in hanc Consociationem cooptetur, opus est :

a) Ut supplicem libellum exhibeat Generali Moderatori Piae Consociationis (in Ecclesia S. Alphonsi, Via Merulana, Romae), vel Directori Delegato, et eisdem clare nomen, cognomen, ac locum domicilii significet, facta in scripto promissione observandi Consociationis statuta.

Potest sequens formula adhiberi :

« Rogo te, ut me in Consociationem Sacerdotum a Corde Jesu Eucharistico velis admittere : ego autem spondeo, me regulas seu ejusdem statuta observaturum, et celebraturum Missam unam pro Consociatione, quam lecturus ero die (indicetur dies). »

Subscriptio [nomen et cognomen], locus domicilii ac indicatio diei et anni.

b) Opus est, ut unam missam celebret *intentione* primaria pro Consociatione, et illico actum consecrationis Cordi Jesu Eucharistico recitet.

Satis esset, mente se devovere Eucharistico Cordi : attamen sociis consilium damus, ut formulam recitent indulgentia auctam.

2° Ut quis perseveret Consociationis membrum, requiritur tamquam :

a) Prima conditio, celebratio unius missae cum puritate conscientiae.

Consociatio nostra, quae tamquam praecipuum finem sociorum sanctificationem sibi proponit, constare debet tantummodo sanctis sacerdotibus, intimis Cordis Jesu amicis, qui videlicet tum in se tum in totam Consociationem

electas amantissimi nostri Redemptoris gratias attrahant : idcirco ipsa excludit ipso facto omnem sacerdotem, qui *scienter* sanctam missam celebraverit *in statu peccati mortalis et certo commissi.*

Quilibet socius hac de causa, et quidem *ipso facto, exclusus, redintegratur, simul ac gratiam sanctificantem recuperat. Exclusio et redintegratio secretae manent et soli Deo cognitae.*

b) Secunda conditio est : Saltem semel in anno, uni ex Moderaroribus Consociationis reddere suae fidelitatis in Regulis seu statutis observandis.

Nostrum opus est opus sacerdotale, et omne opus sacer dotale serium esse debet. Consociatio nostra ab illis confraternitatibus differt, in quibus ingens adscriptorum numerus reperitur et ex quibus major pars ignorat, an unquam ad societatem, cui olim nomen dederat, pertinuerit.

Admissio in Consociationem nostram, non est simplex inscriptio, sed seria promissio incumbendi in propriam sanctificationem et animarum salutem per devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum.

Hinc necesse est, ut saltem, semel in anno, a die 1 Januarii ad diem 31 Decembris, omnes adscripti rationem reddant fidelitatis suae, idque per epistolam Directori generali aut Directori delegato notum faciant.

Haec annua rationis redditio sociis suas obligationes in mentem revocabit, eosque efficaciter impellet, ut in earum observantia fideles perseverent.

Haec est comprobatio necessaria, sine qua Associatio fructum solidum producere nequiret.

Est stimulus simul et pignus nostrae fidelitatis.

Ad hanc conditionem implendam, cum socii, tempore spiritualium exercitiorum fuerint cum directoribus suis congregati, satis erit uni ex istis manifestare, quomodo haec statuta observaverint.

Per epistolam, sufficiet dicere, an fuerit servata fidelitas in oratione mentali, in recitatione Matutini et Laudum ante Sanctam Missam, in gratiarum actione post Missam, in quotidiana visitatione SS. Sacramenti.

Hac occasione sacerdotes se etiam examinent, an implendis Sanctae Sedis circa communionem fidelium ac puerorum desideriis sedulam operam navarint.

N. B. — 1. Si socii cupierint saepius ex. gr. quovis trimestri, et etiam frequentius, suos adire directores, ut his vitam suam spiritualem probandam dirigendamque exhibeant, atque stimulum adjumentumque ad opus suae sanctificationis sibi quaerant, valde sane laudabiliter ita fecerint.

2. Religiosi, utpote qui suis superioribus teneantur rationem reddere suae observantiae, ab implenda ista conditione dispensantur.

§ 4. — Spiritus Piae Consociationis.

Spiritus, qui sacerdotes a Corde Jesu Eucharistico animare, atque excitare debet, tam in opere propriae sanctificationis quam in ipsorum ministerio, est spiritus amoris et caritatis. Et revera quid nisi amor Cor Jesu impulit, ut Sacramentum altaris institueret, atque ex Suo Tabernaculo supplex hanc vocem ederet : « Sicut panem quaeritat pauper, ita amorem Cor Meum efflagitat? »

Quare sacerdotes omnibus viribus contendent, ut fiant :

1° *Amici* Domini Nostri. Ipsis enim dicit Jesus, sicut olim Apostolis : « *Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis* » (Ioan., xv, 15). Haec exquisitae bonitatis argumenta ex parte Jesu a nobis habitum recollectionis atque mortificationis, spiritum orationis, uno verbo, strenuam postulant vitam interiorem, ut anima sacerdotalis possit se tanquam amicum gerere erga Jesum, Hunc saepius visitare, ab Eo accipere secretas Ipsius cogitationes, desideria, dolores.

2° *Reparatores*. Sacerdotes saepius recolentes, quanto Cor Jesu dignus sit amore, quam parum autem ametur, conabuntur suo amore Illud consolari, et ingratitudines, obliviones, proditiones, odium, quo tot homines Eum, praesertim in SSmo Sacramento Altaris, prosequuntur, suis obsequiis reparare.

Praesertim autem reparare studebunt injurias Eucharistico Cordi Jesu a sacerdotibus praevaricantibus illatas.

3° *Adoratores*. Sanctissimum Sacramentum erit ipsorum vitae centrum. Per sacrificum Missae, quod quotidie Deo maximo cum fervore offerent, per quotidianas visitationes Deo, velut in custodia detento, faciendas, per cultum, quo

praecipue diebus festis, Divinam Hostiam honorabunt, per fervens ipsorum studium alios ad redamandum Eucharisticum Cor Jesu pertrahendi, vere sacerdotes erunt Jesu Christo in ara abscondito consecrati.

4° *Imitatores Jesu* in Sacramento latitantis. Meditari studebunt virtutes Ejus status sacramentalis et in semetipsis aliquam Ejus vitae eucharisticae imaginem referre; peculiari autem modo adlaborabunt, ut sicut Jesus fiant *victimae*.

Et revera, nonne sacerdos portare debet fratrum suorum peccata, ut ea, velut propria, expiet?

Quolibet die in imitanda humilitate, mansuetudine, obedentia, puritate, voluntaria paupertate ac praesertim immensa caritate Eucharistici Cordis Jesu operam suam collocabunt, nota Ejusdem verba repetentes : « *Ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur* » (Luc., XII, 49).

5. *Supplicantes*. Devotio erga Cor Jesu Eucharisticum ad orandum impellit. Imprimis haec devotio est sua natura adeo excellens, complectitur actus et vitae genus, quae vires miserae nostrae naturae adeo excedunt, ut ad hoc adsistentia continua ideoque continua oratione indigeamus. En ratio cur anima Cordi Eucharistico devota necessario humilis atque supplex fiat. Insuper, quando Cor Eucharisticum amatur, oritur desiderium, ut Jesus agnoscatur, ut peccatum e mundo expellatur, ut regnum Dei per terram propagetur.

Jamvero « magnum medium » ad zelum nostrum explicandum aliud non est nisi oratio, praesertim pro animabus magis indigentibus, pro miseris peccatoribus et pro animabus Purgatorii, haud praetermissis necessitatibus sanctae Matris Ecclesiae et piae nostrae Consociationis. Sacerdotes Cordis Eucharistici semper memores erunt caritatem, haud secus ac Deum, limitibus carere, ideoque ad universos homines hunc supplicationis apostolatum; « salvi erimus, si alios salvos fecerimus ».

Tandem, ut isto spiritu amoris, amicitiam, reparationem, adorationem, imitationem ac supplicationem germinante, penetrentur, in arctissima qua potuerint unione vivent cum SSma Virgine Maria, caelesti Matre ac hujus Consociationis Patrona. Ab Ea melius quam a quolibet alio « una cum Ipsa adorare, suppliciter implorare et consolari Sacratis-

simum et Amatissimum Cor Jesu Eucharisticum, Ipsique gratias agere discent ».

« Nos qui sumus sacerdotes, deberemus indesinenter ad pedes Mariae esse prostrati, Ejus auxilium imploran-tes. » (1)

§ 5. — Regimen Piae Consociationis.

1° Generalis Moderator Archisodalitii a Corde Jesu Eucharistico, juxta expressam voluntatem Domini Nostri Pii Papae X, est etiam Praeses Consociationis Sacerdotum ejusdem nominis (Ex audientia diei 25 Maii, 1911).

Moderator iste nullus alius erit quam Rmus Moderator Generalis Congregationis SSmi Redemptoris, vel quilibet alius Religiosus ex eadem Congregatione ab illo desi-gnatus.

2° Moderator Generalis potest delegare Directores regio-nales vel dioecesanos, qui *ipso facto* iisdem facultatibus ac privilegiis gaudent, quibus fruuntur sacerdotes subde-legati Archisodalitatis Cordis Eucharistici (Ex audientia diei 25 Maii, 1911).

Director regionalis aut dioecesanus, pro viribus, stre-nuam Consociationis diffusionem et rectum regimen in regione aut dioecesi sibi assignata cordi habebit.

In unum nomina sociorum colliget, quibus remittet folium admissionis, et a quibus annuas communicationes accipiet.

Congregationes seu coetus confratrum fovebit, et cura-bit ut quovis mense statuatur dies recessus spiritualis in communi celebrandus. Omnibus quibus potuerit modis in eis spiritum caritatis, unionis ac verae fraternitatis exci-tabit, iuxta desiderium Cordis Jesu, in ultima Coena expres-sum : Ut sint unum !

§ 6. — Utilitates Piae Consociationis.

Sacerdotes, in suavi quam Consociatio ipsis exhibet devotione, in primis ac superabundanter fruentur gratiis, quas Dominus Noster animabus Sacratissimo Suo Cordi devotis, promisit.

Deinde quot valida auxilia ipsis provenient ex *Consocia-tione*, quae eos a periculis vitæ sibi ipsi derelictæ neque

(1) S. Alphonsus in opere, cui titulus « *Selva* », XII Instr.

alieno auxilio sustentatae praeservabit eisque directionem vitae supernaturalis suppeditabit, sicut et juvamen morale tot piorum sacerdotum regularium et saecularium qui ipsorum sunt socii.

Quoad indulgentias et alios favores spirituales, tot sunt ac tam insignes ut nostram devotionem erga Cor Eucharisticum collocent inter thesauros, quos Ecclesia suis sacerdotibus offert, tanquam valida sanctificationis subsidia.

Summarium Indulgentiarum Associationi presbyterorum Cordis Eucharistici Jesu tributarum.

Indulgentiae plenariae.

I. Omnibus Sodalibus die eorum ingressus in Associationem, si ad sacramenta confessionis et communionis rite accesserint et ad mentem Summi Pontificis pie oraverint.

II. Iisdem semel in die, si, ut supra dispositi, in quovis publico templo aut sacello SS. Sacramentum, etiam in tabernaculo clausum, per integram ininterruptam horam adoraverint.

III. Iisdem Sodalibus, confessis ac S. Communione refectis, qui ecclesiam quamcumque seu publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis pie oraverint diebus infra descriptis, scilicet : In sex festis praecipuis Domini Nostri, necnon in festis SS. Cordis Jesu, Pretiosissimi Sanguinis et SS. Redemptoris. Item in quinque praecipuis festivitatibus B. M. Virginis necnon in festo ejusdem B. M. Virginis sub titulo de Perpetuo Succursu. Demum in festo S. Joseph, ejusdemque Solemnitate, S. Tarcisii, S. Thomae Aquinatis, S. Paschalis Baylon, SS. Apost. Petri et Pauli, S. Alphonsi M. de Ligorio, Omnium Sanctorum et S. Joannis Apostoli et Evangelistae. Tandem feria V in Coena Domini necnon in Dominica I vel prima feria V cujuslibet mensis.

Indulgentiae partiales.

I, Septem annorum totidemque quadragenarum Sodalibus corde saltem contrito aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitantibus in aliis festivitatibus (ut in Calendario Ecclesiae Universalis) Domini et B. M. Virginis.

II. Trecentorum dierum iisdem Sodalibus corde similiter contrito recitantibus orationem : « Prière d'offrande. Mon Dieu, je vous offre les actions et les peines de cette journée en union au Cœur Eucharistique de Jésus, dans un esprit d'adoration, d'action de grâces, de réparation et de supplication, afin de rendre à cet adorable Cœur vivant au milieu de nous, les devoirs de justice et d'amour dus à son auguste présence, pour rendre aussi à votre divine Majesté, par lui, avec lui et en lui, la gloire que Lui-même vous rend ici-bas, et afin d'obtenir, par ce tout-puissant Médiateur, la paix pour l'Église, le salut pour la patrie, et les autres grâces que nous implorons. »

III. Centum dierum Sodalibus item corde contrito jaculatoriam precem recitantibus : « Cor Eucharisticum, in nostro exilio solatium, da pacem Ecclesiae. »

Privilegia.

I. Iisdem Sodalibus fit potestas benedicendi, unico Crucis signo, de consensu Ordinarii loci in quo haec facultas exercetur, Coronas, eisque adnectendi tantum Indulgentiam quingentorum dierum, toties a christifidelibus lucrandam, quoties, aliquam ex eisdem Coronis manu gerentes, Orationem Dominicam vel Angelicam Salutationem devote recitaverint, dummodo tamen Coronae ita benedicendae juxta typum Coronarum SS. Rosarii B. M. V. confectae sint.

II. Tandem datum est Apostolicum Indultum ut Missae omnes quae celebratae fuerint pro anima alicujus ex Soladibus in Dei gratia vita functi, ita juvent illi animae ac si in altari privilegiato litatae fuerint.

Die 16 Augusti 1921.

Sacra Poenitentiaria Apostolica praesens Summarium authenticum declaravit, abrogatis, si quae exstiterint, ceteris spiritualibus favoribus supradictae Associationi antea concessis, et typis imprimi ac publici juris fieri permisit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

(L. S.) B. Colombo, S. P. Reg.
Jo. Bapt. Menghini, Subst.

Privilegium celebrandi missam in honorem SSmi Cordis Jesu singulis primis feriis VI cujusvis mensis.

Beatissime Pater,

Inter privilegia piae Sodalitati Sacerdotum a Corde Eucharistico a Sancta Sede concessa invenitur etiam, sacerdotes piae Unioni adscriptos singulis primis feriis VI cujusvis mensis Missam in honorem SSmi Cordis Jesu dicere posse.

Nunc vero dubium exortum est circa authenticitatem hujus privilegii. Quapropter Sanctitas Vestra humillime exoratur ut in honorem SSmi Cordis Eucharistici praedictum privilegium declarare et confirmare benignissime dignetur.

Et Deus etc.

Privilegium de quo in precibus, authenticum, quatenus opus sit, declaramus.

Benedictus PP. XV.

Die 17 Julii 1919.

PRECES AD COR JESU EUCHARISTICUM

Oratio ad Cor Jesu Eucharisticum.

Cor Jesu Eucharisticum, comes suavis exilii nostri, ego te adoro.

Cor Jesu Eucharisticum,
Cor solitarium, Cor humiliatum, Cor derelictum,
Cor oblitum, Cor neglectum, Cor offensum,
Cor ab hominibus despectum,
Cor supplicans ut redameris,
Cor patienter nos expectans,
Cor illico nos exaudiens,
Cor desiderans ut exoreris,
Cor novarum gratiarum focus,
Cor silens, cupidum animas alloquendi,
Cor suave refugium vitae absconditae,
Cor magister secretorum divinae unionis,
Cor dormiens, sed semper vigilans,
Cor Jesu Eucharisticum, miserere nobis.
Jesu victima, ego te volo consolari,
Ego me tibi conjungo, me tecum immolo,
Ego coram Te me annihilo,
Ego volo oblivisci mei, ut memor sim Tui,
Oblivioni tradi et contemni ex amore Tui,
A Te solo intelligi, a Te solo diligi,
Ego tacebo, ut audiam Te; me derelinquam, ut mergar in Te.

Praesta, ut ita restinguam sitim Tuam meae salutis, ardentem Tuam sitim sanctitatis meae, utque purificatus purum ac verum amorem Tibi exhibeam.

Nolo amplius expectationem Tuam fatigare, accipe me, me totum Tibi trado.

Ego tibi trado omnia opera mea, spiritum meum, ut illum illumines, cor meum, ut illud dirigas, voluntatem meam, ut illam determines, miseriam meam, ut eam subleves, animam meam et corpus meum, ut ea enutrias.

Cor Eucharisticum mei Jesu, Cujus sanguis est vita animae meae, ego non amplius vivam, sed Tu solus in me vive. Amen.

(200 dies indulg. toties quoties)
18 Julii 1885.

Honorabilis Reparatio.

Cor Eucharisticum Dei mei, absconditum sed vivens sub velo sacrarum specierum, ego te adoro.

Novo, dum immensum divinae Eucharistiae beneficium contemplor, inflammatus amore, simulque poenitentia motus mearum ingratitudinum, ego me annihilo, demersus in abyssum miseriae meae, quam derelinquo majori adhuc abysso Tuarum misericordiarum.

Tu me inde ab adolescentia mea elegisti, tu meam infirmitatem non dedignatus es; descendens in miserum cor meum, venisti ut illud ad mutuum amorem provocares meque felicitate et pace donares : sed ego, omnia amisi, quia Tibi fidelitatem non servavi, Domine Jesu!

Sivi languescere spiritum meum, cor meum tepescere ; cupidines meas secutus, oblitus sum Tui.

Tu volebas esse dux meus, consiliator meus, protector vitae meae; et ego cedens passionibus meis dulci invitationi Tuae aures obturavi, e Tuo conspectu recessi Tuique oblitus sum.

In salutaribus tentationum hujus vitae aerumnis, in gaudiis consolationum, in angustiis et necessitatibus meis, potius quam Te adirem, animum meum ad creaturas converti, et Tui oblitus sum.

Ego oblitus sum Tui in desertis tabernaculis demorantis, ubi amore langues, in ecclesiis civitatum, ubi injuriis afficeris, in cordibus indifferentibus, sacrilegis ac in ipso meo culpabili corde, o Jesu! etiam quando ad Tuam mensam accessi, aut inde regressus sum.

O Cor Eucharisticum Salvatoris mei, o deliciae primae communionis meae dierumque meae fidelitatis, me tibi trado : redi, redi. Me iterum trahe ad Te : parce mihi, etiam hac vice : omnia amando expiabo.

Gloriose Sancte Michael Archangele et dilectissime Sancte Joannes, offerte meam honorabilem reparationem ac propitii mihi estote. Amen.

(200 dies indulg. toties quoties)
18 Julii 1885.

Consecratio.

Domine Jesu, Magister adorabilis, abscondite in tuo amoris Sacramento, qui mecum moraris, ut exilium lenias meum, Tuo

leniendo me totum non devoveam? Tibi, qui mihi donas Cor tuum, ego meum non donem?

Et tamen, Tibi me donando, meae quoque utilitati consulo, mihimetipsi comparo ineffabilem thesaurum cordis amantis, suum lucrum non quaerentis, fidelis, quale meum ipsius cor esse cupierim. Ita ego nihil dare possum, sed semper accipio! Domine, si nequeo generositate Tecum contendere, Te tamen diligo : accipere dignare cor istud miserrimum, et etiamsi nihil sit, per Te illud amante fiet aliquid; bonum illud redde et serva.

O Cor Jesu Eucharisticum, ego Tibi omnes animae meae facultates, omnes corporis mei vires offero; ego eniti volo, ut Te cognoscam, Te semper magis magisque diligam, ut melius ab aliis cognoscaris et magis diligaris; ego solum operari volo pro Tua gloria, facere solum voluntatem Patris Tui, Tibi consecro omnia vitae meae momenta in spiritu Adorationis coram reali Tua praesentia, gratiarum Actionis ob incomparabile istud donum, Reparationis ob crudele cordium nostrorum frigus, et Supplicationis perpetuae, ut preces nostrae, per Te, Tecum ac in Te oblatae purificatae ascendant et fecundae usque ad thronum divinae Misericordiae, et pro aeterna Ipsius gloria. Amen.

(200 dies indulg. toties quoties)
18 Julii 1885.

Actus oblationis.

Deus meus, ego Tibi offero hujus diei actiones et aerumnas in unione cum Corde Eucharistico Jesu, in spiritu adorationis, gratiarum actionis, reparationis ac supplicationis, ut huic adorabili Cordi inter nos viventi officia justitiae et amoris exhibeam, augustae Ejus praesentiae debita; etiam Tuae divinae maiestati per Ipsum et cum Ipso et in Ipso dem gloriam, quam Tibi dat super terram, utque per omnipotentem hunc Mediatorem pacem obtineam pro Ecclesia, salutem pro patria et caeteras quas imploro gratias.

(300 dies indulg. toties quoties)
pro sociis Archisodalitatis)
24 Oct. 1916.

Oratio ad Cor Jesu Eucharisticum coram SS. Sacramento adorationi exposito.

O Cor Eucharisticum, o amor supreme, Domine Jesu, qui augustum sacramentum instituisti, ut in terris nobiscum maneres, ut dares animabus nostris tuam carnem in cibum et tuum sanguinem in potum coelestem; nos firmiter, Domine Jesu, credimus hunc amorem supremum, unde Sanctissima Eucharistia effluxit, et hic coram hac Hostia justum est, nos hunc amorem

adorare, illum fateri et exaltare tamquam magnum focum vitae Ecclesiae tuae. Amor iste instanter nos invitat.

Tu nobis dicere videris : « Considerate, quanto vos prosequar amore! Ego vobis donando meam carnem in cibum, et meum sanguinem in potum, excitare volo vestram caritatem, et vobis conjungi : ego transformare volo animas vestras in me, qui crucifixus fui, in me, qui sum Panis vitae aeternae : corda igitur vestra mihi donate, vivite meam vitam, et vivetis vitam Dei », Domine, fatemur hanc esse invitationem Cordis Tui Eucharistici ideoque gratias tibi agimus, firmissime volumus tuis satisfacere desideriis. Imis cordibus jugiter hunc supremum amorem recolamus, quo, antequam patereris, ad manducandum tuum Corpus nos invitasti. Penitus in animabus nostris stabile imprime propositum, huic invitationi fideliter obsequendi. Necessariam nobis concede devotionem ac reverentiam, ut Te honoremus, ut donum Cordis Tui Eucharistici digne recipiamus, donum scilicet supremae Tuae dilectionis.

Praesta, ut ita per tuam gratiam passionis Tuae memoriam vere recolamus, offensas et frigiditates nostras reparemus, nostrum erga Te amorem foveamus et augeamus, et vivum semper in cordibus nostris semen beatae immortalitatis conservemus. Amen.

300 dies indulg., toties quoties, lucrabuntur quotquot recitent hanc orationem coram SS. Sacramento adorationi exposito, et indulgentiam plenariam semel in mense, quando, postquam quotidie eam recitaverint, per dimidiam horam in hebdomada adoraverint SS. Sacramentum.

(Leo XIII, in Brevi, diei 2 Junii 1902.)

Universale precum foedus seu invitatio ad unanimem in orando perseverantiam pro pueris primae communionis.

Qualis prima Communio, talis aeternitas! Quum vero ad hunc finem omnino necessaria sit oratio assidua, Summus Pontifex libentissime adprobavit universale precum Foedus seu invitationem ad unanimem in orando perseverantiam pro pueris, qui prima vice accessuri sunt ad Sacram Mensam (1).

Omnes fideles huic invitationi obsequentes participes fient

(1) Versio autographi Summi Pontificis :

« Maxima benevolentia adprobamus « Universale Precum Foedus », pro pueris universi orbis, qui prima vice accedunt ad Sacram Communionem, et libentissime concedimus Apostolicam Benedictionem dilectissimis filiis ad, scriptis Archiconfraternitati Eucharistici Cordis Jesu, et omnibus et singulis fidelibus, qui eisdem unientur, ut a coelo implorent in favorem puerorum *praeservationem ab insidiis mali, ab ictibus iniquitatis.* »

Ex Aedibus Vaticanis, die 30 Oct. 1908.

Pius Papa X.

spiritualium bonorum a Pio P. X concessorum. Ad hoc sufficit proprium nomen, cognomen et domicilium transmittere Moderatori Generali (S. Alfonso, Via Merulana, Roma) vel Directoribus Dioecesanis, et sequentem recitare orationem :

Oratio ad Cor Jesu Eucharisticum
pro pueris ad primam communionem accedentibus.

Domine Jesu, qui ob nimiam Tuam erga nos caritatem ineffabile Eucharistiae Sacramentum instituisti, inflamma nos ardenti zelo procurandi gloriam tuam, praeparando, sicut decet, pueros ad tuam Sacram Mensam primum accessuros. Defende, o Cor Eucharisticum Jesu, has tenellas animas ab insidiis mali, confirma ipsorum fidem, auge ipsorum amorem, eosque omnibus exorna virtutibus, quae eos dignos reddent qui Te suscipiant. Amen.

Sancte Joannes Baptista, Praecursor Messiae, Jesu viam praepara in corde puerorum.

Sancte Tharcisi, protege pueros primae communionis.

Versio autographi Summi Pontificis.

« Recitantibus hanc orationem cum duabus invocationibus S. Joannis Baptistae et S. Tharcisii, concedimus indulgentiam 300 dierum (300 dies, toties quoties). »

Die 21 Octobris 1908.

Pius Papa X.

DOCUMENTA SANCTAE SEDIS

1. *Rescriptum Pii IX (29 Feb. 1868) quo 100 dies indulgentiarum conceduntar orationi : Laudetur, adoretur, ametur..., etc.*

Beatissime Pater,

Cum multae piae animae sibi proposuerint speciali cultu venerari sacratissimum Cor Domini Nostri Jesu Christi in Eucharistia delitescentis, eique impensiora tribuere obsequia ibi praesertim, ubi non eo, quo par est, amore ac studio colitur, aut etiam derelinquitur et negligitur, idque perficere consueverint per jaculatoriam precem : « Loué, adoré, aimé et remercié soit à tous les moments le Cœur Eucharistique de Jésus dans tous les tabernacles du monde, jusqu'à la consommation des siècles. Ainsi soit-il. » — Vehementer optant istam aliqua indulgentia ditari a Sanctitate Vestra, ut facilius vulgata, et frequentius usurpata a fidelibus, incuriam aliorum aliquo modo rependere valeat. Isti autem desiderio cum suffragentur ex animo Franciscus Alexander de la Bouillerie, Episcopus Carcassonensis, Gaspard Mermillod, Episcopus Hebronensis, Auxiliaris Genevensis, et Henricus Amaton, Archiepiscopus Theodosiopolitanus, Sanctitatem Vestram obsequenter exorant ut piis hisce votis obsecundare velit.

Die 29 Februarii 1868.

Postulationi benigne annuentes, concedimus Christifidelibus qui supra scriptam jaculatoriam precem, corde saltem contrito, et pie recitaverint, indulgentiam centum dierum semel in die lucrandam, quae per modum etiam suffragii animabus purgatorio carcere detentis, applicari possit : contrariis quibuscumque non obstantibus.

Pro gratia,
Obsign. : Pius P. P. IX.

Hujus Rescripti exemplar authenticum exhibitum fuit in Secretaria S. Congr. Indulgentiarum in eadem asservandum juxta Decretum diei 14 Aprilis 1856.

In quorum.

Datum Romae ex ead. Secretar, die 7 Martii 1868.

Obsign.: Ph. Can. Cossa,
Substitutus.

2. *Breve Leonis XIII, 23 Dec. 1879, quo conceditur indulgentia pro oratione: Cor eucharisticum Dei mei... ut supra.*

3. *Breve Leonis XIII ad Dioecesim Tolosensem (Toulouse), 13 Feb. 1883.*

Ad perpetuam rei memoriam. Cum, sicuti accepimus, pluribus in dioecesibus pia mulierum societas canonice erecta existat in honorem Eucharistici Cordis Jesu, nonnullis de Sedis Apostolicae benignitate indulgentiis aucta, et dilectus filius Noster Florianus S. R. E. Presb. Card. Desprez ex dispensatione Apostolica Archiepiscopus Tolosan. Nobis exponendum curaverit, sibi in votis admodum esse, ut utriusque sexus christifideles in eamdem Societatem adlecti, indulgentias memoratas, impetrata a nobis venia, lucrari queant. Nos piis hisce votis, quantum cum Domino possumus, obsecundandum censuimus. Igitur de omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri et Pauli App. ejus auctoritate confisi, concedimus, ut praefata Sodalitate erecta Tolosae in ecclesia SS^{mi} Cordis Jesu, fideles utriusque sexus, qui quoad urbem Tolosam in dicta ecclesia eidem Societati nomen dederint, extra Tolosam autem urbem in Ecclesia cujusque parochiali sese inscripserint, si inscriptionis hujus modi die vere paenitentes et confessi SS^{um} Eucharistiae Sacramentum sumpserint Indulgentiam Plenariam; ac tam inscriptis quam pro tempore inscribendis in hac Societate confratribus vere quoque paenitentibus et confessis ac S. Communione refectis qui respective cujusque eorum parochialem ecclesiam feria sexta post octavam solemnitatis SS^{mi} Corporis Christi a primis vesperis, ac feria quinta in Coena Domini, ab ortu usque ad occasum solis dierum huiusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpa-

tione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex hisce die id praestiterint Plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper iisdem nunc et pro tempore item existentibus dictae Societatis Sodalibus, qui corde saltem contriti quovis anni die orationem expiatoriam ecclesiastica jam auctoritate recognitam cujus initium : « Cœur Eucharistique de mon Dieu », et cujus exemplar in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservatur, quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitaverint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis paenitentiis, in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, etiam animabus christifidelium, quae Deo in caritate conjuncta ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIII mensis Februarii anni MDCCCLXXXIII. Pontificatus Nostri anno quinto.

Locus sigilli. *Sign.* : Th. Card[is] Mertel.

4. *Rescriptum Leonis XIII quo precibus Sodalitatis C. E. indulgentiae conceduntur 18 Jul. 1885. Cf. Raccoltà 1886.*

Il vescovo di Calvi e Teano umilmente prostrato al bacio del S. Piede supplica la Santità Vostra a voler concedere una qualche Indulgenza a tutti i Fideli i quali divotamente reciteranno le qui sottoposte preci al Cuore Eucharistico id Gesù.

I

Preghiera al Cuore di Gesù nell'Eucaristia.

Cuore di Gesù nell' Eucaristia dolce compagno del nostro esilio, io vi adoro.
Cuore Eucharistico di Gesù,
Cuore solitario, Cuore umiliato,
Cuore abbandonato, Cuore dimenticato,
Cuore disprezzato, Cuore oltraggiato,
Cuore sconosciuto dagli uomini,
Cuore amante dei nostri Cuori,
Cuore che desiderate d'essere amato,
Cuore paziente nell'attenderci,
Cuore premuroso d'esaudirci,
Cuore desideroso d'essere pregato,
Cuore sorgente di nuove grazie,
Cuore silenzioso che volete parlare alle anime,
Cuore che siete il dolce rifugio della vita nascosta,
Cuore che insegnate i segreti della divina unione,
Cuore di Colui che dorme e sempre veglia,
Cuore Eucaristico di Gesu abbiate pietà di noi;
Gesu ostia, io voglio consolarvi;
Mi unisco a Voi, m'immolo con Voi;
Mi annichilo dinanzi a Voi;
Voglio dimenticare me stesso per pensare a Voi;
Voglio essere dimenticato e disprezzato per amor vostro,
E non essere compreso ed amato se non da Voi.
Mi tacero per ascoltarvi, mi lascero per perdermi in Voi.
Fate che io estingua cosi la vostra sete, la sete della mia salute e della mia santificazione e che purificato io vi renda un puro et vero amore.
Io non voglio più stancare la vostra pazienza: prendetemi, io mi do a Voi.
Io vi offro tutte le mie azioni, il mio spirito affinché lo illuminiate, il mio cuore affinché lo dirigiate, la mia voluntà affinché la rendiate ferma, la mia miseria affinché la soccorriate, l'anima mia e il mio corpo affinché li nutriate.
Cuore Eucaristico del mio Gesù, il di cui sangue è la vita dell'anima mia, non viva più io, ma viviate Voi solo in me. Così sia.

II

Consecrazione al Cuore Eucaristico di Gesù.

Gesù Signore adorabile nascosto nel vostro sacramento di amore, Voi che dimorate con noi per addolcire il nostro esilio, potrei io non adoperarmi a consolare il vostro? A voi che mi donate il vostro Cuore come non offrirci il mio?

Darmi a Voi, egli è vero, è ancora avantaggio mio; e trovare per me l'ineffabile tesoro di un Cuore amante, desinteressato, fedele come vorrei che fosse il mio. Così io non posso dar niente e sempre ricevo! Signore io non potrei mai lottare in generosità con Voi, ma vi amo; degnatevi accetare il mio povero cuore e benchè non valga nulla, pure poiché la amate, diviene qualche cosa per grazia vostra, rendotelo buono et custoditelo.

Cuore Eucaristico di Gesù, io vi consacro tutte le facoltà dell' anima mia, tutte le forze del mio corpo; io voglio adoperarmi a conoscervi, ad amarvi sempre più per farvi meglio conoscere ed amare dagli altri. Non voglio operare che per la vostra gloria, nè fare se non cio che vuole il Padre vostro. Vi consacro tutti i momenti della mia vita in ispirito di adorazione dinanzi alla vostra reale presenza, di ringraziamento per questo incomparabile dono, di riparazione per la nostra crudele indifferenza e di supplicazione incessante, affinché le nostro preghiere offate da Voi, con Voi ed in Voi si elevino purificate e feconde fino al trono della misericordia di Dio e per la sua eterna gloria. Così sia.

III

Giaculatoria.

Cuore Eucharistico di Gesù, che ardete di amore per noi, infiammate i nostri Cuori di amore per Voi.

IV

Ammenda onorevole al Cuore Eucaristico di Gesù.

Cuore Eucharistico del mio Dio, che respirate e palpitate sotto il velo delle Sacrosante Specie, io vi adoro.

Mosso da un nuovo amore dinanzi all' immenso benefizio della divina Eucaristia, penetrato di pentimento delle mie ingratitudini io mi anniento umiliato nell' abisso ancor più grande delle vostre misericordie.

Voi mi avevate eletto fui dalla mia giovinezza; Voi non avevate disdegnato la mia infermità; discendendo nel mio povero

cuore. Voi eravate venuto ad invitarlo ad un mutuo amore dandomi la felicità e la pace; ed io ho tutto perduto perche vi sono stato infidele, o Gesù, Signor mio. Ho lasciato dissiparsi il mio Spirito, raffreddarsi il mio cuore, ho ascoltato me stesso e mi sono dimenticato di Voi.

Voi volevate essere la mia guida, il mio consiglio, il protettore della mia vita; ed io lasciando le passioni speguere questo dolce allettamento vi ho perduto di vistra e vi ho dimenticato.

Tra i salutari dolori della prova, tra le gioie delle consolazioni nelle mie difficoltà e nelle mie necessita invece di ricorrere a Voi, ho cercato le creature e mi sono dimenticato di Voi.

Vi ho dimenticato nei tabernacoli derelitti, dove il vostro amore languisce, nelle chiese delle città ove siete insultato, nei cuori indifferenti, sacrileghi e nel mio proprio colpevole cuore o Gesu anche nell' andarvi a ricevere, e dopo avervi ricevuto.

Cuore Eucaristico del mio Salvatore, delizia della mia prima communione e dei giorni della mia fedelta io mi rendo a Voi : Ritornate, ritornate. Attiratemi di nuovo a Voi. Perdonatemi encora questa volta ed espierò tutto a forza di amore.

Glorioso Arcangelo San Michele e voi diletto San Giovanni offrite a Gesù la mia ammenda onorevole e siatemi propizii. Cosi sia.

Che della grazia et

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII in audientia habita die 18 Julii ab infrascripto Secretario Sacrae Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito ac devote recitantibus supra relatas preces Indulgentiam ducentorum dierum semel in die lucrandam benigne concessit.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem sac. Congr^is^. die 18 Julii 1885.

Locus sigilli.

Obsign. : J. B. Franzelin, *Praefectus.*

Obsign. : Franciscus Della Volpe, *Secretarius.*

La presente copia e conforme al l'originale che trovasi deposita presso l'archivio particolare del Vescovo di Calvi e Teano.

Teano, il die 6 octobre 1885.

† Alfonso M. Giordano, Cong^is del Red^re, Vescovo di Calvi e Teano.

Thomaso Razzino, *Segretario.*

5. *Rescriptum Leonis XIII quo invocatio quaedam Cordi Eucharistico indulgentiis ditatur. 13 Jan. 1886.*

Supplique de S. A. R. Princesse Blanche d'Orléans. et Rescrit.

Très Saint Père.

Humblement prosternée à vos pieds, la Princesse Blanche d'Orléans ose implorer de Votre Sainteté, la grâce d'une indulgence de cent jours chaque fois que les Associés de la *Confrérie du Cœur Eucharistique de Jésus,* fidèles aux statuts approuvés par le Saint Siège, réciteront cette invocation : *Cœur Eucharistique de Jésus, doux compagnon de notre exil, donnez le salut à la France, donnez la paix à l'Église!*

Baisant avec le plus profond respect Vos pieds sacrés, Très Saint Père; la suppliante sollicite de Votre Sainteté, pour sa famille et pour elle-même, la Bénédiction Apostolique.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII die 13 Januarii 1886 utriusque sexus Christifidelibus praefatae Confraternitati adscriptis corde saltem contrito ac devote recitantibus suprapositam precem Indulgentiam centum dierum semel in die acquirendam benigne concessit. Prœsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria S. Congr^is Indulgentiis sacrisque reliquis praepositae die 13 Januari 1886.

Sign. : J. B. Card. Franzellin,
Praefectus.

F. della Volpe,
Secretarius.

6. *Rescriptum Leonis XIII relate ad adorationem reparatricem C. E. in sanctuario Montis Martyrum, 29 Nov. 1887.*

Supplique et réponse.

Très Saint Père,

Le prêtre Alfred Voirin, recteur de l'église dédiée au Sacré Cœur de Jésus à Montmartre, de la ville de Paris, très humblement prosterné aux pieds de Votre Sainteté, expose :

Que dans l'Église précédemment nommée, a été érigée une association sous le titre d'*Adoration réparatrice des nations catholiques*, mais que le nom de cette association a été un peu modifié pour certaines raisons locales, et n'est plus nommée *Adoration réparatrice des nations catholiques*, mais *Adoration réparatrice du Cœur Eucharistique.*

Le but et les obligations restent les mêmes, le nom seul est un peu changé.

C'est pourquoi on demande si ce changement de nom change l'association et rend invalide l'érection déjà faite, et annule les indulgences concédées.

Et s'il est répondu affirmativement, le postulateur demande que Votre Sainteté daigne valider ce qui aurait besoin de l'être.

La Sacrée Congrégation préposée aux Indulgences et aux saintes reliques répondit au doute : négativement.

La solution du doute se trouve dans la réponse à la demande.

Donné à Rome par la Secrétairerie de la même Congrégation, le 29 novembre 1887.

† Gaetano, cardinal Aloisi Masella,
Préfet.

7. *Breve Leonis XIII RR. D. Richard, quo indulgentiae Sodalitatis extenduntur, 27 Jan. 1888.*

Leo P. P. XIII
Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper curavit Venerabilis Frater Franciscus Archiepiscopus Parisiensis, piam Societatem seu Con-

fraternitatem sub titulo SS. Cordis Jesu Eucharistici, jam alias a S. Sede Apostolicis litteris approbatam, per Galliae regiones, benedicente Domino, latissime diffundi et propagari eamque a sacrorum Antistibus optimo sane consilio in quamplurimis diocesibus canonice institutam fuisse, ut votis obsecundarent fidelium utriusque sexus, qui in id Institutum recipi summopere desiderant. Quo vero tam universalis cultus et pietas erga Cor Jesu Sacratissimum in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento adoratum in uberiorem cedat Sodalium utilitatem, idem Venerabilis Frater a Nobis postulavit, ut caelestes Ecclesiae thesauros benigne reserare dignaremur.

Nos, ut Parisiensi Proesuli dictaeque Societati, quae tam salubrem et frugiferum finem sibi proposuit, peculiaris benevolentiae Nostrae testimonium praebeamus, exhibitis hujusmodi postulationibus satisfacere lubenti animo decrevimus. Propterea de Omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus christifidelibus, qui memoratam Societatem quacumque in Galliae regione canonice erectam seu erigendam in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere paenitentes et confessi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumpserint, Plenariam; ac Sodalibus tam adscriptis quam pro tempore adscribendis in dictam piam Societatem quavis in Galliae regione canonice institutam seu instituendam, si vere item poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, respectivae Societatis Ecclesiam seu Sacellum, vel etiam quamlibet Ecclesiam feria sexta post octavam solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, a primis vesperis, et feria quinta in Coena Domini ab ortu usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum Concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effunderint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea iisdem Sodalibus qui in supradictam Societatem qualibet in Galliae regione canonice ut supra jam institutam vel in posterum instituendam cooptati jam sint, vel in futurum cooptentur, si corde saltem contriti quolibet anni die orationem expiatoriam ecclesiastica auctoritate recognitam

cujus initium : « Cœur Eucharistique de mon Dieu, etc.... » cujusque exemplar in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservatur, quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, devote recitaverint, centum dies de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis paenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac paenitentiarum relaxationes, etiam animabus Christifidelium quae Deo in caritate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse indulgemus. Haec concedimus potestate facta Archiepiscopis, Episcopis ceterisque locorum Ordinariis in Gallia memoratas indulgentias Confraternitatibus sub praefato titulo in respectiva sua dioecesi canonice erectis et erigendis communicandi. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Praecipimus autem ut in erigendis hujusmodi Societatibus seu Confraternitatibus omnia serventur de jure servanda, et praesertim ea quae in Constitutione Clementis VIII, Praedecessoris Nostri quae incipit « Quaecumque » praescribuntur : atque volumus ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVII Januarii MDCCCLXXXVIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

Subscripsit : M. Card. Ledochowski.

Locus sigilli.

Alexander, *Episcopus Oensis*, *Secretarius.*

8. *Rescriptum Leonis XIII ad erectionem alicujus Sodalitatis, 13 April. 1888.*

Beatissime Pater,

Parochus Ecclesiae Nostrae Dominae loci vulgo dicti Passy, Archidioecesis Parisiensis, ad pedes S. V. provolutus humillime petit facultatem erigendi Confraternitatem

Cordis Eucharistici Domini Nostri Jesu Christi in praedicta sua Parochia non obstante defectu distantiae eo quod in Sacello Orphanotrophii Praesentationis B. M. Virginis Confraternitas ejusdem tituli jam canonice erecta existat.

Et Deus.

Vigore specialium facultatum a SSmo Dno Nro Leone Papa XIII tributarum, Sacra Cong^tio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita facultatem tribuit Archiepiscopo Parisiensi, si ita in Domino expedire judicaverit, ad effectum de quo agitur, dispensandi super defectu distantiae, quae ad tramitem Constitutionis « Quaecumque ». S. M. Clementis VIII et juxta Sac. Cong^is Rescripta requiritur, ceteris servatis de iure servandis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Cong^is die 13 Aprilis 1888.

S. S. Card. Vannutelli, *Proefectus,*
† A. Episcopus Oensis, *secretarius.*

Locus sigilli.

9. *Breve Leonis XIII quo Sodalitas C. E. in Archisodalitatem erigitur, 29 Nov. 1889.*

Leo P. P. XIII

Ad perpetuam rei memoriam. Pias sodalitates quae plurima pietatis et charitatis opera exercere solent, quo majora in dies, adjuvante Domino, incrementa sortiantur, in Ecclesiae bonum et spirituale christifidelium emolumentum peculiaribus pro re ac tempore de more Romanorum Pontificium Proedecessorum Nostrorum honoribus privilegiisque cohonestare solemus. Harum in numerum cum jure adscribi queat sodalitas, quae in Ecclesia Parochiali et Collegiata SS. Michaelis et Gudulae Civitatis Bruxellensis Diocesis Mechliniensis sub titulo SS. Cordis Jesu Eucharistici canonice erecta existit et ejusdem sodalitatis moderator ac sodales enixas Nobis preces adhibuerint, ut illam Archisodalitii titulo privilegiisque augere de Nostra Benignitate velimus, Nos piis hujusmodi votis annuendum quantum in Domino possumus censuimus.

Quamobrem omnes et singulos quibus Nostrae haec litterae favent peculiari beneficentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis quovis modo, vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, eamdem Sodalitatem titulo SS^mi^ Cordis Jesu Eucharistici, in Ecclesia SS. Michaelis et Gudulae Civitatis Bruxellensis Dioecesis Mechliniensis erectam, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis Apostolica Auctoritate Nostra praesentium vi perpetuum in modum erigimus et constituimus. Archisodalitatis autem sic erectae officialibus et confratribus praesentibus et futuris ut ipsi alias quascumque sodalitates ejusdem nominis atque instituti intra Belgici tantum regni fines existentes, servatis tamen forma Constitutionis Clementis PP. VIII Praedecessoris Nostri, rec. mem. aliisque Apostolicis Ordinationibus desuper editis sibi aggregare, illisque omnes et singulas Indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes ipsi sodalitati sic in Archisodalitatem a Nobis erectae a Sede Apostolica concessas et aliis communicabiles communicare licite possint ac valeant, perpetuo item concedimus atque elargimur. Decernentes praesentes Litteras nostras firmas, validas, efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIX Novembris MDCCCLXXXIX, Pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Obsign. : Card. Ledochowski.

10. *Rescriptum Leonis XIII invocationi : Cum Maria Immaculata adoremus, exaltemus.., 100 dies Indulgentiarum conferens, 19 Junii 1890.*

Beatissimo Padre,

Il Direttore della Confraternità che s'intitola del *Cuore Eucaristico di Gesù,* canonicamente eretta nella citta di Parigi umilmente prostrato al bacio del S. Piede supplica la S. V. a volersi degnare di concedere una qualche Indulgenza a tutti i fedeli i quali con cuore contrito e divotamente reciteranno la seguente giaculatoria : *Adoriamo, ringranziamo, supplichiamo e consoliamo con Maria Immacolata il Santissimo ed amatissimo Cuore Eucaristico di Gesù.*

Che della grazia

SSmus D. N. Leo P. XIII in audientia habita die 19 Junii 1890 ab infrascripto Secretario S. Cong^is^ Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus corde saltem contrito ac devote recitantibus supra relatam iaculatoriam precem, benigne concessit Indulgentiam, defunctis quoque applicabilem, centum dierum semel in die lucrandam. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem S. Cong^is^ die 16 Septembris 1890.

Obsign. : Aloisius.

† Alex. Archiepiscopus Nicopolit., *Secretarius.*

11. *Breve Leonis XIII novas indulgentias concedens. 6 Feb. 1899.*

Leo P. P. XIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilectus filius Eduardus Thomas Sacerdos et Vicarius generalis Dioecesis Parisiensis enixas nobis preces humiliter adhibuit, ut fidelibus nonullas orationes in honorem Cordis Eucharistici Jesu Christi devote recitantibus partialem ducentorem dierum indulgentiam largiri de nostra benignitate velimus. Nos autem quibus nihil antiquius est neque magis gratum, quam ut christiani populi pietas erga

Sacratissimum Christi Cor et amoris Sacramentum, potiora in dies incrementa capiat, votis hisce annuentes, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Eius Auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu ubique terrarum existentibus, qui quolibet anni die, quovis idiomate dummodo fidelis versio sit juxta exemplaria, quae in Tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservari iussimus, quamlibet recitaverint e quatuor sequentibus precibus; nempe precem Cordi Eucharistico, quae gallice incipit per haec verba *Cœur Eucharistique de Jésus, doux compagnon de notre exil*; Consecrationem Cordi Eucharistico Jesu silicet *Jésus maître adorable;* Orationem jaculatoriam *Cœur Eucharistique de Jésus qui brûlez d'amour pour nous, embrasez nos cœurs d'amour pour vous;* tandem emendationem honorificam eidem Eucharistico Sacro Cordi Jesu *Cœur Eucharistique de mon Dieu*, quoties id egerint contrito saltem corde, totics iis in forma Ecclesiae consueta de paenalium dierum numero ducentos expungimus. Verumenimvero praecipimus ut harum Litterarum exemplar ad Secretariam transmittatur Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositam, ut juris est, nec non volumus ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Tandem elargimur fidelibus iisdem liceat, si malint, partialibus hisce relaxionibus labes paenasque vita functorum expiare. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die VI Februarii MDCCCIC, Pontificatus Nostri anno vigesimo primo.

Alois, Card. Macchi.

12. *Breve Leonis XIII ad novas indulgentias plenarias conferendas, 7 Dec. 1900.*

Leo P. P. XIII

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis curavit Dilectus Filius Eduardus Thomas Vicarius Generalis in Dioecesi Parisiensi, nedum Parisiis

Confraternitatem titulo Cordis Eucharistici Jesu, cui ipse praeest, sed etiam aliis in Dioecesibus, benedicente Domino, florere, cujus confraternitatis praecipuus est finis peculiaris adorationis actibus Cor Jesu Sacratissimum in Divino Eucharistiae Sacramento venerari. Quo vero Sodales uberiorem pro animabus suis utilitatem percipiant, idem Dilectus Filius a Nobis enixe postulavit, ut caelestes Ecclesiae thesauros reserare dignaremur. Nos piis hujusmodi votis obsecundantes de Omnipotenti Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. Ejus auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus in dictam Confraternitatem iam adscriptis et in posterum adscribendis, qui dimidiae horae spatio juxta Confraternitatis institutum uniuscuiusque hebdomadae die Sacramentum augustum adoraverint, et vere paenitentes et confessi ac S. Communione refecti quamlibet Ecclesiam seu oratorium publicum, ubi Confraternitas supradicta canonice a respectivis Ordinariis erecta existat, festivitatibus Nativitatis, Paschatis Resurrec tionis, et Ascensionis D. N. J. C., Dominica Pente costes, solemnitate SSmi Corporis Christi, necnon festivitate Assumptionis B. M. V. I. a primis vesperis, ac feria quinta, quae primo loco in mense Aprili recurrit, ab ortu usque ad occasum solis dierum hujusmodi, singulis annis, devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praefatorum id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. In contrarium facien. non obstan. quibuscumque.

Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VII Decembri MCM, Pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Pro Dno Card. Macchi,
Nicolaus Marini,
Subs.

13. *Breve Leonis XIII quo 200 dies Indulgentiarum conceduntur eis qui per semihoram SS. Sacramentum adorant, 24 Jan. 1900.*

Leo P. P. XIII

Ad futuram rei memoriam.

Quum supplices Nobis exhibuerit preces dilectus filius Eduardus Thomas Vicarius generalis dioecesis Parisiensis ut Sodalitates in honorem Sanctissimi Cordis Eucharistici Domini Nostri Jesu Christi institutas et pro tempore instituendas in universa Gallia et eiusdem coloniis nonnullis indulgentiis augere dignaremur, Nos quibus nihil iucundius quam fidelium religionem pietatemque erga Sacramentum amoris favere, excitare, ipsius dilecti filii votis libenter obsecundantes, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis fidelibus in quamlibet edictis Sodalitatibus in universa Gallia ejusque coloniis nunc et pro tempore existentibus cooptatis seu cooptandis, qui vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti quatuor anni diebus per respectivi loci Ordinarium semel designandis dimidiae horae spatio Sacramentum Augustum adoraverint, et pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex hisce die id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Iisdem vero sodalibus qui saltem corde contriti quolibet e reliquis anni diebus dimidiae pariter horae spatio Sanctissimum Sacramentum adoraverint precesque ut supra fuderint, de poenalium dierum numero in forma Ecclesiae consueta ducentos expungimus.

Tandem largimur sodalibus ipsis, si malint, liceat plenariis hisce partialibusque indulgentiis vita functorum labes paenasque expiare. Praesentibus ad Decennium servato tamen tenore nuperrimae Constitutionis Nostrae de suspensione Indulgentiarum durante anno iubilaei. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate

constitutae praemunitis, eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIV Januarii MCM, Pontificatus Nostri anno XXII.

Aloïs, Card. Macchi.

14. *Breve Leonis XIII quo 50 dies Indulgentiarum membris Archisodalitatis pro invocationibus : Cor Jesu Eucharisticum, miserere nobis — Benedictum sit Sanctissimum Cor Jesu Eucharisticum, conceduntur, 12 Dec. 1900.*

Leo PP. XIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Similibus Litteris sub annulo Piscatoris diei VII hujus ejusdem mensis juxta preces Dilecti Filii Eduardi Thomas, Vicarii Generalis in Dioecesi Parisiensi et Moderatoris Confraternitatis a Corde Eucharistico Jesu canonice Parisiis institutae tum eam tum ceteras Confraternitates cognomines etiam alibi erectas nonnullis plenariis indulgentiis ditavimus. Quum nunc idem Dilectus Filius Nobis denuo supplicaverit, ut aliis jam concessis alias addere gratias velimus, Nos novas etiam preces benigne excipiendo, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. Ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus in quamlibet e supradictis Confraternitatibus, dummodo eae a respectivis Ordinariis canonice institutae existant, nunc et pro tempore cooptatis seu cooptandis, si corde saltem contriti quolibet die invocationes : *Cœur Eucharistique de Jésus, ayez pitié de nous; Béni soit le Cœur Eucharistique de Jésus* — recitaverint, pro unaquaque ex hisce invocationibus quinquaginta dies semel tantum in die de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus : quas poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint per modum suffragii, applicari posse indulgemus.

In contrarium facien. non obstan. quibuscumque. Praesentibus in perpetuum, servato tamen tenore Constitutionis Nostrae de suspensione Indulgentiarum durante hoc anno Iubilaei.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die XII Decembris MCM, Pontificatus Nostri anno vigesimo tertio.

Pro Dno Card. Macchi,
Nicolaus Marini,
Subs.

15. *Breve Leonis XIII quo* 300 *dies indulgentiarum dantur fidelibus dicentibus orationem :* « *O Cœur Eucharistique, ô amour souverain* » *coram Sanctissimo Sacramento exposito et una plenaria indulgentia semel in mense omnibus qui hanc precem quotidie recitant, et quavis hebdomada saltem per semihoram SS. Sacramentum adorant, 2 Junii 1902.*

Dilecto Filio Eduardo Thomas, Vicario generali Dioecesis Parisiis.

Leo PP. XIII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem.

Quum Nobis nuper exhibita fuerit oratio quaedam in honorem SSmi Cordis Jesu Eucharistici, a S. Rituum Congregatione iam approbata, itemque postulatum ut ipsam nonnullis indulgentiis ditaremus; Nos ut fidelium pietas erga Cor Jesu Eucharisticum magis magisque excitetur, foveatur, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum Ejus auctoritate confisi, omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus ubique terrarum existentibus, qui corde saltem contriti, quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, recitaverint precem in honorem SS. Cordis Eucharistici, cuius precis exemplar in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservatur, quodque gallica lingua inscriptum incipit verbis « *O Cœur Eucharistique, ô amour* » et desinit in haec verba « *la semence de la bienheureuse immortalité. Ainsi soit-il* » coram SS. Eucharistiae Sacramento in quavis christiani orbis Ecclesia sive Sacello, publicae venerationi

exposito, qua vice id egerint, tercentum dies de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis paenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Iis vero fidelibus, qui eamdem precem quotidie per integrum mensem recitaverint, et quavis hebdomada saltem per dimidiam horam Sacramentum Augustum adoraverint, si uno ad cujusque eorum arbitrium eligendo die, cujusque per annum mensis, vere poenitentes et confessi ad S. Synaxim accesserint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes, etiam animabus Christifidelium quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die II Junii MDCCCCII, Pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

Pro D^no^ Card. Macchi,
Nicolaus Marini,
Subs.

16) *Breve Leonis XIII quo Archisodalitas Cordis Eucharistici in Ecclesia S. Joachim Romae erigitur, 16 Febr. 1903.*

Leo P. P. XIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Admotae Nobis preces nomine dilecti filii Aloysii Palliola e Congregatione SS^mi^ Redemptoris sacerdotis et Rectoris Ecclesiae Sancti Joachimi Almae hujus Urbis prae se ferunt, sibi et universae Patrum a Redemptione religiosae familiae in votis admodum esse, ut per Nos

eodem in templo pia, titulo Eucharistici Cordis Jesu, Archisodalitas, auctoritate apostolica instituatur. Nos autem quibus nihil antiquius ac suavius quam ut fidelium sodalitas, quae non dissimili prorsus cultu atque illi quem Sacro Cordi profitetur, tantum peculiaribus venerationis, amoris et grati ac reverentis animi studiis, illum recolit supremae dilectionis actum quo Redemptor Noster omnes Cordis sui divitias effundens, ut nobiscum ad exitum usque saeculorum moram ageret, adorabile instituit Eucharistiae Sacramentum, in hac Alma Urbe, Catholici orbis centro, sedem nanciscatur condignam, optatis hisce piis annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, omnes et singulos, quibus Nostrae hae litterae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, quovis modo, vel quavis de causa latis, si quas incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, Archisodalitatem Eucharistici Cordis Jesu, Apostolica Nostra auctoritate, praesentium vi, in Pontificio templo Sancti Joachimi de Urbe canonice erigimus, eamque consuetis privilegiis quae competunt Archisodalitiis perpetuum in modum ditantes, auctoritate similiter Nostra, hoc anno quo Nos quintum ac vicesimum ab inito Pontificatu annum implemus, illa in sacra aede instituimus, quam structura praenobilem, et mirificis artis operibus insignem, in memoriam Jubilaei Nostri Sacerdotalis, universi Orbis fidelium pietas condidit, Nosque commisimus supra memoratae Congregationi Patrum a Redemptione tot tantisque nominibus optime de re sacra meritae. Praeterea eidem Archisodalitati sic Romae per Nos institutae omnes et singulas Indulgentias tam plenarias quam partiales conferimus, caeterasque spirituales gratias quibus aliae ejusdem tituli societates canonice ad hanc usque diem erectae, ex amplissimis atque iteratis Sanctae hujus Sedis Apostolicae concessionibus atque indultis fruuntur.

Verum ad perennandam solemnis in hac Alma Urbe Nostra Archisodalitatis istius funcionis memoriam, largimur insuper ut tam ipso primae in Urbe erectionis die, quam perpetuo in posterum anniversario Archisodalitatis ejusdem, nunc et item in posterum pariter existentes socii qui admissorum confessione rite expiati atque Angelorum pane refecti vel propriam Archisodalitatis Ecclesiam, vel

cujusque curialem, a primis vesperis ad occasum solis die hujusmodi singulis annis devote visitent, ibique pro Christianorum Principum Concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, quam etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, in Domino consequantur. Tandem Archisodalitatis hujus sic per Nos in Urbe erectae praesidibus et officialibus praesentibus et futuris, ut ipsi alias ejusdem nominis atque instituti societates ubique terrarum existentes, servatis forma constitutionis Clementis PP. VIII Praedecessoris Nostri rec. mem. aliisque Apostolicis Constitutionibus desuper editis sibi aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxationes ipsi Archisodalitati a Sede Apostolica concessas et aliis communicabiles communicare licite valeant de Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine item perpetuo concedimus atque indulgemus. Decernentes has litteras firmas ac efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et spectare poterit, in omnibus plenissime suffragari sicque per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XVI Februarii MCMIII, Pontificatus Nostri anno vigesimo quinto.

Aloysius Card. Macchi.

17. *Breve Pii X confirmans in perpetuum indulgentias a Leone XIII datas, 6 Nov. 1903.*

Pius PP. X

Ad perpetuam rei memoriam.

Per similes Apostolicas Litteras die XXIV Januarii mensis anno MCM datas Leo PP. XIII Praedecessor

Noster rec. mem. Sodalitatibus in honorem Sanctissimi Cordis Eucharistici D. N. J. C. actu institutis vel pro tempore in universa Gallia ejusdemque coloniis instituendis peculiares nonnullas plenarias ac partiales indulgentias ad Decennium largius est. Nunc autem cum allatae Nobis preces a Moderatore pii Operis ipsius prae se ferant in votis sibi admodum esse, ut easdem indulgentias perpetuum in modum proferre de Apostolica benignitate dignaremur; Nos, ut Societates eaedem tot tantisque nominibus optime de re sacra meritae potiora capiant, Deo favente, incrementa hisce supplicationibus annuendum libenti quidem animo existimavimus. Quae cum ita sint, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. ejus auctoritate confisi indulgentias ipsas ut supra ad Decennium dictis sodalitiis concessas nunc in perpetuum praesentium tenore extendimus, sed praecipimus, ut serventur in reliquis conditiones omnes supra memoratis Apostolicis Litteris adiectae, eaque non obstent quae per easdem non obstare decretum; ac volumus, ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die VI Novembris MCMIII, Pontificatus Nostri anno primo.

Pro Dno Card. Macchi,
Nicolaus Marini, subs.

18. *Rescriptum junctum primario summario Indulgentiarum, 24 Nov. 1903.*

I

Indulgentiae plenariae.

1° Omnibus ex utroque sexu Christifidelibus die eorum ingressus in Archisodalitatem, dummodo vere poenitentes et confessi S. Synaxim sumpserint.

2° Omnibus Sodalibus, a primis vesperis ad occasum solis

a) Feriae V in Coena Domini;

b) diei festi Sanctissimi Cordis Jesu,

si praefatis diebus, uti supra dispositi, aliquam ecclesiam vel publicum oratorium visitaverint ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint.

3° Iisdem die anniversaria erectionis Archisodalitatis Romae, dummodo uti supra dispositi respectivam parochialem ecclesiam a primis vesperis ad occasum solis praedicti diei devote visitaverint, ibique uti supra oraverint.

4° Iisdem sodalibus, qui juxta Archisodalitatis statuta semel saltem in unaquaque hebdomada per dimidium horae Sanctissimum Sacramentum adorare consueverint quatuor anni diebus, ab Ordinario semel designandis, quibus confessi ac S. Synaxi refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint.

5° Iisdem sodalibus, qui pariter semel in hebdomada per dimidium horae praescriptam Sanctissimi Sacramenti Adorationem peragere consueverint, atque uti supra dispositi ecclesiam seu oratorium ubi sodalitas erecta reperitur visitaverint, ibique uti supra etiam oraverint a primis vesperis ad occasum solis sequentium dierum

a) Nativitatis D. N. Jesu Christi;
b) Paschalis Resurrectionis;
c) Ascensionis;
d) Pentecostes;
e) Sanctissimi Corporis Christi;
f) Assumptionis B. Mariae V;
g) Prima feria V Aprilis;

Indulgentiae partiales.

1° *Bis centum dierum* semel in die sodalibus, qui corde saltem contrito ac devote Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum per dimidium horae quocumque anni die adoraverint.

2° *Centum dierum,* item semel in die, si corde pariter contrito ac devote sequentem orationem recitaverint: *Cor Jesu Eucharisticum, in nostro exilio solatium, da pacem Ecclesiae!*

3° *Quinquaginta dierum,* pariter semel in die, Sodalibus pro recitatione uniuscujusque ex sequentibus precibus jaculatoriis:

a) *Sit Cor Jesu Eucharisticum benedictum!*
b) *Cor Jesu Eucharisticum, miserere nobis!*

Omnes et singulae indulgentiae superius memoratae sunt etiam applicabiles animabus defunctorum in igne purgatorio detentis.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praesens Summarium, ad examen revocatum authenticum declaravit illudque typis mandari benigne permisit.

Datum Romae ex Secr^ia ejusdem S. Congregationis, die 24 Novembris 1903.

† Franciscus Pogaro, Archiepiscopus Amidensis,
Secretarius.

19. *Rescriptum Pii X quo membra Archisodalitatis possunt indulgentias ultimi rescripti in propriis parochiis lucrari, 6 Feb. 1904.*

Beatissimo Padre,

Il Direttore dell' Arciconfraternita del S. Cuore Eucaristico di Gesù nella Basilica di Si Gioacchino in Roma, prostrato al bacio del S. Piede, umilmente implora dalla S. V. che gli ascritti a desta Arciconfraternita, o ad una Confraternita ad essa aggregata allo scopo di lucrare quelle Indulgenze, per le quali é prescritta la visita della Chiesa ove è eretta l'Arciconfraternita, o una Confraternita, possano invece visitare la loro rispettiva Chiesa parrocchiale ad altra qualunque o pubblico oratorio.

Che della grazia.

Vigore specialium facultatum a SS. DN. Pio Pp. X sibi tributarum, S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita benigne annuit pro gratia juxta preces, ceteris servatis de jure servandis. Contrariis quibuscumque non obtantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 6 Feb. 1904.

Alois, Card. Tripepi Praef.
Pro Secretario, Jos. M. Canius Coselli Substitutus.

20. *Breve Pii X quo 200 dies indulgentiarum orationi jaculatoriae : « Adoremus, exaltemus, supplicemus..., toties quoties dantur, 19 Dec. 1904.*

Pius PP. X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum nobis nihil antiquius est nec suavius quam ut, per universum terrarum orbem, fidelium pietas erga Eucharisticum Cor Jesu propagetur, amplificetur, votis annuentes dilecti filii Aloisii Palliola Sacerdotis e Congregatione Sanctissimi Redemptoris et Rectoris Pontificalis Ecclesiae Sancti Joachimi de Urbe in qua erecta existit Archisodalitas Eucharistici Cordis Jesu, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, per presentes, omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu ubique terrarum existentibus quoties juxta exemplar quod in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservari jussimus, quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, contrito saltem corde, recitaverint hanc jaculatoriam precem : « *Adorons, remercions, supplions et consolons avec Marie Immaculée, le très sacré et très aimé Cœur Eucharistique de Jésus* »toties de numero poenalium, in forma Ecclesiae consueta, ducentos dies expungimus. Iis vero qui per solidum annum, quotidie semel saltem, jaculatoriam piam precem pie recitaverint ac, festivitate Immaculatae Virginis Deiparae Conceptionis, vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, quodvis templum publicum sive sacellum visitent ibique pro christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effundant, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem, misericorditer in Domino concedimus. Largimur insuper fidelibus iisdem, si malint, liceat plenaria et partialibus hisce indulgentiis, vita functorum labes poenasque expiare. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium authenticum exemplar transmittatur ad Sacram Congregationem Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositam, alioquin praesentes nullae sint. Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIX Decembris MCMIV, Pontificatus Nostri anno secundo.

Pro Domino Card. Macchi,
Nicolaus Marini,
Subs.

21. *Rescriptum Pii X quo 300 dies indulgentiarum invocationi : « Benedictum sit Sanctissimum Cor Jesu Eucharisticum » toties quoties conceduntur, 12 Junii 1905.*

Très Saint Père,

Joseph Masquilier, prêtre de la Congrégation du Très Saint Rédempteur, Directeur de l'Archiconfrérie du Cœur Eucharistique de Jésus, érigée dans l'Église Pontificale de Saint Joachim à Rome, humblement prosterné aux pieds de Votre Sainteté, La supplie de daigner enrichir d'une indulgence l'oraison jaculatoire suivante :

« Béni soit le Très Sacré Cœur Eucharistique de Jésus ».

Que la grâce, etc.

Ex Audientia Sanctissimi die 12 Junii 1905.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X omnibus ex utroque sexu Christifidelibus, quoties praefatam jaculatoriam precem corde saltem contriti ac devote recitaverint indulgentiam trecentorum dierum, defunctis quoque applicabilem, benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae, die 12 Junii 1905.

Sign. : A. card. Tripepi, Praef.,
Pro-Secretarius.

Jos. M. Coselli,
Substitutus.

22. *Rescriptum Pii X plures Indulgentias plenarias quovis mense concedens, 22 Nov. 1905.*

Beatissime Pater,

Mathias Raus, Congregationis Sanctissimi Redemptoris Superior Generalis, necnon Archisodalitatis Sanctissimi Cordis Jesu Eucharistici supremus Moderator, ad pedes S. V. humiliter provolutus, suppliciter petit, ut Christifidelibus eidem Archisodalitati addictis sequentes

plenarias indulgentias, defunctis quoque applicabiles, S. V. benigne concedere dignetur, nempe :

I. Quo die Sanctissimum Sacramentum in tabernaculo reclusum in ecclesia Archisodalitatis, vel in ecclesiis seu oratoriis ubi aliqua sodalitas Archisodalitati legitime aggregata reperitur, saltem per dimidium horae adoraverint.

II. Prima dominica vel prima feria quinta cujusvis mensis.

III. In festis ac diebus infra descriptis, scilicet.

1° Epiphaniae D. N. J. C. ;

2° Die anniversaria erectionis primae sodalitatis (22 Jan.) ;

3° S. Tarcisii mart (27 Jan.) ;

4° Purificationis B. M. V. (2 Feb.) ;

5° S. Thomae Aquinatis (7 Mart.) ;

6° S. Joseph Sp. B. M. (19 Mart.) ;

7° S. Benedicti Joseph Labre (16 Aprilis) ;

8° S. Paschalis Baylon (16 Maii) ;

9° S. Antonii a Padua (13 Junii) ;

10° B. M. V. de Perpetuo Succursu (dominica ante festum S. Joannis Bapt.) ;

11° Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. (dominica prima mensis Julii) ;

12° Sanctissimi Redemptoris (dominica tertia mensis Julii) ;

13° S. Alphonsi M. de Liguorio (2 Aug.) ;

14° S. Joachim, Patris B. M. V. (dominica infra octavam Assumptionis) ;

15° Nativitatis B. M. V. (8 Sept.) ;

16° S. Theresiae Virg. (15 Oct.) ;

17° S. Gerardi Majella (16 Oct.) ;

18° Omnium Sanctorum ;

19° Commemorationis fidelium defunctorum ;

20° Immaculatae Conceptionis B. M. V. (8 Dec.) ;

21 S. Joannis Ap. et Evang. (27 Dec.).

Dummodo praefatis diebus iidem sodales confessi ac Sacra Synaxi refecti ecclesiam sodalitatis devote visitaverint et inibi ad mentem S. V. pias preces fuderint.

Et Deus, etc...

Ex audientia Sanctissimi die 22 Novembris 1905 Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X benigne annuit pro gratia in omnibus juxta preces, in perpetuum absque ulla

Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae e Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae die 22 Novembris 1905.

Sign. : A. Card. Tripepi, *Praef.*
D. Panici, Archiep., Laodicen.,
Secretarius.

23. *Rescriptum Pii X quo membra Archisodalitatis possunt indulgentias ultimi rescripti in propriis parochiis vel in aliis quibuscumque ecclesiis lucrari, 2 Dec. 1905.*

Beatissime Pater,

Mathias Raus, Congregationis Sanctissimi Redemptoris Superior generalis necnon Archisodalitatis Cordis Jesu Eucharistici Supremus Moderator, ad pedes S. V. humiliter provolutus, suppliciter petit, ut Sodales praefatae Archisodalitatis lucrari valeant Indulgentias a S. V. concessas in Audientia 22 novembris 1905, excepta plenaria, sub num. I in relativo Rescripto notato, visitando ecclesiam parochialem, vel aliam quamcumque seu publicum oratorium, loco ecclesiae in quo sodalitas est erecta.

Et Deus, etc.

S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, utendo facultatibus a S. S. D. N. Pio Papa X sibi tributis, benigne annuit pro gratia juxta preces. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae e Secretaria ejusdem S. C. die 2 Decembris 1905.

A. Card. Tripepi, Praef.,
Pro-Secretarius.
Joseph M. Canius Coselli,
Substitutus.

24. *Rescriptum Pii X junctum summario completo Indulgentiarum, 15 Maii 1906.*

Indulgentiae plenariae.

I. Omnibus ex utroque sexu Sodalibus die eorum ingressus in Archisodalitatem praeviis confessione et communione.

II. Iisdem quovis anni die, si uti supra dispositi in ecclesia Archisodalitatis, vel in ecclesiis seu publicis oratoriis ubi aliqua sodalitas Archisodalitati legitime aggregata reperitur, SS. Sacramentum publice expositum, vel etiam in tabernaculo reclusum, saltem per horae dimidium adoraverint.

III. Iisdem sodalibus, confessis ac S. Synaxi refectis, qui ecclesiam sodalitatis, vel aliam quamcumque seu publicum oratorium devote visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint, diebus infra descriptis, videlicet :

1° Prima dominica, vel prima feria V cujuslibet mensis

Mense Januario.

2° die 6, festo Epiphaniae D. N. J. C.;

3° die 22, anniversaria erectionis primae Sodalitatis SSmi Cordis Jesu Eucharistici.

4° die 27, 5, Tarcisii, mart.

Mense Februario.

5° die 2, festo Purificationis B. M. V.;

Ad Sanctitatis Tuae pedes humillime inclinatus orator supplicem libellum porrigit pro approbatione Officii et Missae propriae in honorem Eucharistici Cordis Jesu, quorum schema jam diu exhibitum fuit Sacrae Rituum Congregationi.

Ab eodem Eucharistico Corde Jesu, Tibi, Beatissime Pater ob expletum feliciter vigesimum quintum annum Tui episcopalis honoris, omnia bona adprecatur,

Humillimus servus,

† Maria-Prosper
Episc.

VI

R. R. D. Pelgé, Évêché de Poitiers (France),

Beatissime Pater,

Ad pedes Sanctitatis Vestrae humillime provolutus, ego, Dioecesis Pictaviensis Episcopus, a Benignitate Vestra enixis precibus adprecor ut multis praeclarisque gratiis, jam a Summis Pontificibus Pio IX et Leone XIII necnon a Beatitudine Vestra concessis, nova insignis addatur, quae tantorum Supremi Pontificatus beneficiorum quasi coronet aedificium, scilicet ut in honorem *Eucharistici Cordis Jesu* approbentur Officium proprium propriaque Missa quorum schema Sacrae Rituum Congregationi nuper exhibitum fuit.

Hanc erga *Eucharisticum Cor Jesu* devotionem valde dilexerunt propagareque tentaverunt Illustrissimi Eminentissimique Cardinales Guibert et Richard, Parisienses Archiepiscopi, apud quos, durantibus viginti tribus annis, sive Vice-Cancellarii sive Vicarii generalis munera explevi. Ab his Eminentissimis Cardinalibus sperabatur, quod multi et multi, sacro baptismate regenerati, qui in luctuosis nostris temporibus semper ad novas voluptates anhelant et

currunt, hac devotione a vanis averterentur cupiditatibus, sublimiora cogitantes, vehementerque ad frugem magis christianam incitarentur a Corde Jesu, in ejus amoris sacramento peramanter contemplato et adorato.

In Dioecesi Nostra viget etiam haec devotio. Anno etenim 1886, ab Illustrissimo et Reverendissimo DD. Henrico Bellot des Minières in urbe Pictaviensi erecta fuit quaedam Confraternitas Eucharistici Cordis Jesu, cujus sodales, nedum in teporem labentibus annis incidant, de die in diem numero et animi fervore crescunt.

Et Deus, etc.

† Henricus, Ep. Pictaviensis.

Pictavii, 22 Januarii 1910.

VII

RR. D. Lemonnier, Évêché de Bayeux (France),

Beatissime Pater,

Ad Sanctitatis Tuae pedes humillime prostratus, infrascriptus orator supplicem libellum porrigit pro approbatione Officii et Missae propriae in honorem Eucharistici Cordis Jesu, quorum schema exhibitum fuit S. Rituum Congregationi.

Devotio erga Eucharisticum Cor Jesu adeo diffusa et propagata existit, ut sperare jubeat triumphum contra acerrimos Ecclesiae inimicos, fidei christianae quotidie insidiantes.

Haec devotio nostris temporibus aptissima et maxime opportuna ad fideles melius excitandos ad frequentem adorationem SS. Sacramenti, et ad quotidianam Eucharistiae sumptionem, prout Sanctitas Vestra, ab initio Pontificatus, populo christiano maxime commendavit.

Ab eodem Eucharistico Corde Jesu Vobis, Beatissime Pater, ob expletum vigesimum quintum annum episcopalis honoris, omnia faustissima adprecatur.

Humillimus servus,

† Thomas, Episc. Baiocensis.

Baiocis, die 13 Januarii 1910.

VIII

RR. D. de Courmont, évêque de Bodona.

Très Saint Père,

Prosterné aux pieds de Votre Sainteté, je sollicite vivement l'approbation de l'Office et de la Messe propres du Cœur Eucharistique, dont un projet a déjà été soumis à la Sacrée Congrégration des Rites.

Ce vœu que j'exprime, il y a à le former les six cent mille associés de l'Archiconfrérie du Cœur Eucharistique; il y a de plus les deux cent cinquante Evêques qui ont approuvé cette dévotion; il y a enfin — l'affirmer n'est pas téméraire — outre S. E. le Cardinal Lecot, de sainte et regrettée mémoire, lequel a présenté à Votre Sainteté une supplique dans ce sens, l'Eminentissime Cardinal Vivès, dont le livre récent intitulé *Annus Eucharisticus*, composé de contemplations d'auteurs divers auxquelles Son Eminence a joint environ deux mille invocations appropriées au Cœur Eucharistique, révèle les plus ardentes aspirations.

Qu'on ne dise pas que c'est un culte nouveau dont on provoque l'introduction. Sur ce point, voici comment s'explique la *Raccoltá*, ce que s'empresse de répéter l'Eminentissime Cardinal: « Le culte du Cœur Eucharistique n'est pas substantiellement différent de celui que l'Église décerne à ce Cœur divin; il saisit seulement comme objet spécial d'amour et de reconnaissance, cet acte de suprême dilection par lequel Jésus établit l'adorable sacrement de l'Eucharistie, pour y demeurer avec nous jusqu'à la fin des temps. »

Quoi d'étonnant qu'au cours des siècles la piété évolue selon ces ascensions que Dieu même a disposées en nous, et que le cœur de l'homme aille plus spécialement, à une heure donnée, chercher dans l'Eucharistie, qui contient Jésus tout entier, le Cœur de Dieu. N'est-ce pas dans les procédés habituels de l'âme? Après la foi, la charité. Après la confession de Pierre à la divinité du Sauveur, sa profession d'amour. Il dira d'abord à son Maître divin : « Vous êtes le Christ, Fils du Dieu vivant. » Plus tard, à la provocation trois fois répétée de Jésus qui lui dit : « Pierre m'aimes-tu? » — parole où l'apôtre sent si bien

son cœur se traduire — il répondra trois fois avec une ardeur croissante : « Seigneur, vous savez que je vous aime. » Oui, entre Jésus et son Apôtre, c'est ici, en quelque sorte, une révélation des cœurs.

Le Cœur de Jésus se découvre au cœur de Pierre et Pierre plonge son cœur dans le Cœur de Jésus pour y abriter à tout jamais son amour.

Très Saint Père, Votre Sainteté, par un acte récent, vient de reprendre en quelque sorte, auprès du peuple chrétien, l'invitation de Jésus à Pierre. Votre Encyclique sur la Communion fréquente, quotidienne, qu'est-elle, sinon une invitation de Jésus-Christ même dont vous êtes le Vicaire, à un ardent amour de l'Eucharistie? Vos paroles sont pour ajouter aux profondes adorations de la foi, les élans spontanés d'une ardente charité. Mais l'amour va, court, s'élance, d'autant plus rapide et véhément qu'il sent un cœur qui se révele. Vos paroles, Très Saint Père, sont donc une indication infaillible que le Cœur de Jésus dans l'Eucharistie demande nos cœurs. Eh bien, cet enseignement si précieux pour l'esprit, que nous le retrouvions sous cette forme plus particulièrement appropriée à nos sentiments et à nos aspirations, celle d'une prière liturgique qui les consacre et les alimente, l'Office et la Messe propres du Cœur Eucharistique de Jésus.

Daigne Votre Sainteté agréer l'hommage de soumission, de vénération, de dévouement sans limites du plus humble de ses fils dans l'épiscopat, qui, prosterné à vos pieds, implore votre Bénédiction Apostolique.

(Signé) : † R. de Courmont,
Évêque de Bodona,
Ancien Vicaire Apostolique du Zanguebar
(de la Cong. du St-Esprit et du St-Cœur de Marie).

IX

Beatissime Pater,

Infrascripti oratores, ad Sanctitatis Tuae pedes humillime provoluti, enixe petunt, ut ad augendum honorem Eucharistici Cordis Jesu, approbentur Officium et Missa propria, cujus schema jam propositum fuit SS. Rituum Congrega-

tioni. Specialis hic cultus, haud prorsus dissimilis illi, quem Ecclesia Catholica Sacratissimo Cordi Jesu tribuendum esse jamdiu declaravit, a Pio IX et Leone XIII felicis recordationis, Tuis antecessoribus, et a bis centum quinquaginta et amplius episcopis approbatus, Deoque favente latissime diffusus et in Eucharisticis Conventibus summopere laudatus, aetate hac nostra, a christianae pietatis actibus fere abhorrente eo tendit, ut sub hoc novo et tam suavi titulo, quasi nova efficacia excitet Christifideles ad ardentissimum amorem erga SS. Eucharistiam, et ad frequentem Communionem a Beatitudine Tua vehementissime commendatam.

Archisodalitium Eucharistici Cordis Jesu usque ad hanc diem sexcenta millia sociorum complectitur, qui summa laetitia afficerentur, si praedictum Officium et Missa approbarentur, pro quibus supplicem libellum porrexerat Cardinalis Lecot, sanctae memoriae vir, cui in peculiari audientia singularis haec gratia fuerat promissa a Tua Beatitudine, ut ipse retulit.

Prospera quaeque, Beatissime Pater, Tibi, quintum et vigesimum gloriosi episcopatus annum feliciter explenti a Deo et a Beatissima Virgine adprecantur ex intimo cordis affectu.

Devotissimi famuli,

† Guglielmus Gilles, Episcopus tit. Philadelphiensis, Collegii Anglorum de Urbe rector;

† Thomas, Ep. Liverpolitanus in Anglia;

† Joseph, Ep. Olenensis, et Loïdensis in Anglia;

† Algemon Carolus Stanley, Episcopus tit. Emmausiensis;

† Paulus Aemilius, Ep. Trojany. in Italia.

X

RR. D. Lecœur, Évêché de Saint-Flour.

Beatissime Pater,

Infrascriptus orator, ad Sanctitatis Tuae pedes provolutus enixe petit, ut, ad augendum honorem Eucharistici Cordis Jesu, approbentur Officium et Missa propria, cujus schema jam propositum fuit S. Rituum Congregationi.

Specialis hic cultus, haud prorsus dissimilis illi quem Ecclesia Catholica Sacratissimo Cordi Jesu tribuendum esse jamdiu declaravit a Pio IX et Leone XIII, felicis recordationis, Tuis antecessoribus, et a bis centum quinquaginta et amplius episcopis approbatus, Deoque favente, latissime diffusus, et in Eucharisticis Conventibus summopere laudatus, aetate hac nostra, a Christianae pietatis actibus fere abhorrente, eo tendit ut, sub hoc novo et tam suavi titulo, quasi nova efficacia excitet christifideles ad ardentissimum amorem erga SS. Eucharistiam et ad frequentem communionem, a Beatitudine tua vehementissime commendatam.

Archisodalitium Eucharistici Cordis Jesu, usque ad hanc diem, sexcenta millia sociorum complectitur, qui summa laetitia afficerentur, si praedictum Officium et Missa a Sanctissimo Patre approbarentur.

Prospera quaeque, Beatissime Pater, tibi quintum et vigesimum gloriosi episcopatus annum feliciter explenti, a Deo et a Beatissima Virgine Maria adprecatur, ex intimo cordis affectu,

Devotissimus famulus,
Datum Sancti-Flori, die 16 Decembris 1909.

† Paulus,
Ep. Sancti-Flori.

XI

R.R. D. Touzet, Evêché d'Aire (France).

Beatissime Pater,

Infrascriptus orator ad Sanctitatis Vestrae pedes humillime provolutus, enixe petit ut, ad augendum honorem Eucharistici Cordis Jesu, approbentur Officium et Missa propria, cujus schema jam propositum fuit S. Rituum Congregationi.

Specialis hic cultus, haud prorsus dissimilis illi quem Ecclesia catholica Sacratissimo Cordi Jesu tribuendum esse jamdiu declaravit, a Pio IX et Leone XIII felicis recordationis Vestris antecessoribus, et a bis centum quinquaginta et amplius episcopis approbatus, Deoque favente, latissime diffusus et in Eucharisticis Conventibus summo-

pere laudatus, aetate hac nostra a christianae pietatis actibus fere abhorrente, eo tendit ut sub hoc novo et tam suavi titulo quasi nova efficacia excitet christifideles ad ardentissimum amorem erga SS. Eucharistiam et ad frequentem communionem a Sanctitate Vestra vehementissime commendatam.

Archisodalitium Eucharistici Cordis Jesu usque ad hanc diem sexcenta millia sociorum complectitur, qui summa laetitia afficerentur si praedictum Officium et Missa approbarentur, pro quibus supplicem libellum porrexerat Cardinalis Lecot, sanctae memoriae vir, cui in peculari audientia singularis haec gratia fuerat promissa a Vestra Sanctitate, ut ipse retulit.

Et Deus...

Datum Sancti-Severi, die 28 Januarii 1910.

† Franciscus,
Eps. Aturen et Aquensis.

XII

RR. D. de Miranda-Henriques. Évêché de Parahyba (Brésil).

Beatissime Pater,

In hac Parahybensi Dioecesi, pastoralibus meis laboribus studiisque commissa, statuta est abhinc aliquot annos devotio amantissimi Eucharistici Cordis Jesu.

Ad animos vero excitandos et ferventius augendum magnum amoris tributum gratiarumque actionum, necesse est ut, paterna benevolentia Vestra Officium et Missa propria in honorem Sanctissimi Cordis Eucharistici approbentur, quorum schema propositum fuit Sacrae Rituum Congregationi.

Devotissime igitur ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, meas cum precibus aliorum Episcoporum conjungo, ut ad majorem laudem Omnipotentis Dei, qui summopere glorificatur singulari devotione Cordi Jesu Eucharistico, Sanctitas Vestra Officium et Missam in ejusdem Cordis Eucharistici honorem approbare dignetur.

Parahybae, 21 Januarii 1910.

Humillimus et obsequentissimus filius,

† Adjunctus, Eps. Parahybensis.

XIII

RR. D. da Sylva Britto, Évêché d'Olinda (Brésil).

Beatissime Pater,

Infrascriptus orator ad Sanctitatis Tuae pedes humillime provolutus, enixe petit, ut, ad augendum honorem Eucharistici Cordis Jesu, approbentur Officium et Missa propria, cujus schema jam propositum fuit S. Rituum Congregationi.

Specialis hic cultus, haud prorsus dissimilis illi, quem Ecclesia catholica Sacratissimo Cordi Jesu tribuendum esse jamdiu declaravit, a Pio IX et Leone XIII, felicis recordationis, Tuis antecessoribus, et a bis centum quinquaginta et amplius episcopis approbatus, Deoque favente, latissime diffusus et in Eucharisticis Conventibus summopere laudatur, aetate hac nostra, a christianae pietatis actibus fere abhorrente, eo tendit, ut sub hoc novo et tam suavi titulo, quasi nova efficacia excitet Christifideles ad ardentissimum amorem erga SS. Eucharistiam, et ad frequentem communionem a Beatitudine Tua vehementissime commendatam.

Archisodalitium Eucharistici Cordis Jesu, usque ad hanc diem, sexcenta millia sociorum complectitur, qui summa laetitia afficerentur, si praedictum Officium et Missa approbarentur, pro quibus supplicem libellum porrexerat Cardinalis Lecot, sanctae memoriae vir, cui in peculiari audientia singularis haec gratia fuerat promissa a Tau Beatitudine, ut ipse retulit.

Sodalitium Eucharistici Cordis Jesu, in hac Ollindensi Dioecesi, iam institutum ac archisodalitio aggregatum, variis locis devotissime prosequitur et utilissimum probatur ad augendum cultum eucharisticum.

Quapropter prospera quaeque, Beatissime Pater, Tibi, a Deo et a Beatissima Virgine adprecatur ex intimo affectu

Recife, die 28 Januarii 1910.

Devotissimus famulus,

† Aloysius, Episcopus Olindensis.

XIV

RR. D. Dizien, Évêché d'Amiens (France).

Beatissime Pater,

Quum Sanctitas Sua fel. record. Pius Papa IX acceptum habuerit cultum quem dicunt Cordis Eucharistici Jesu, ego huic cultui jampridem deditus, enixe deprecor Sanctissimum Patrem Nostrum ut benigne considerare velit preces quo ad istam peculiarem devotionem partim, vel a pluribus in unum coiverunt.

Insuper est quod pietas erga Cor Jesu Eucharisticum a parocho Douvain in sua ecclesia vulgo « Notre-Dame de Grâce, Paris-Passy » in Gallia, explicata, plurimos et optimos tulit fructus, ut par est ipse evolvere Sanctissimo.

Quapropter lectiones speciales in Breviario, seu Officium Cordis Eucharistici Jesu — vel ad minus Missa propria de Eucharistico Corde in missali, meo sensu, valde sunt speranda pro iis qui tale privilegium impetrarint, ut devotio de qua est inter Christifideles amplius ac amplius expandatur.

Dignemini, Beatissime Pater, has postulatorias benignas habere et accipere vota quibus optans Vobis omnia fausta a Domino, permaneo amantissimus,

Sanctitatis Vestrae,

Obedientissimus servus ac filius,

† Leo, Episcopus Ambian.

Ambiani, in Parasceve, ann. Dom. 1910.

XV

RR. D. Caracciolo di Torchiarolo, Dioecesis Aliphoni (Italie).

Beatissime Pater,

Ad Sanctitatis Tuae pedes humillime inclinatus infrascriptus orator supplicem libellum porrigit pro approbatione Officii et Missae propriae in honorem Eucharistici Cordis Jesu, quorum schema jamdiu exhibitum fuit Sacrae Rituum Congregationi.

Ab eodem Eucharistico Corde Jesu, Tibi, Beatissime Pater, ob expletum feliciter vigesimum quintum annum Tui episcopalis honoris, omnia bona adprecatur.

Humillimus servus,

† Septimius, Episc. Aliphonens.

XVI

RR. D. Bergamaschi, Dioecesis Troianensis (Italie).

Beatissime Pater,

Ad Sanctitatis Tuae pedes humillime inclinatus infrascriptus orator supplicem libellum porrigit pro approbatione Officii et Missae propriae in honorem Eucharistici Cordis Jesu, quorum schema jamdiu exhibitum fuit Sacrae Rituum Congregationi.

Ab eodem Eucharistico Corde Jesu, Tibi, Beatissime Pater, ob expletum feliciter vigesimum quintum annum Tui episcopalis honoris, omnia bona adprecatur.

Humillimus servus,

† Paulus Aemilius, Ep. Troianensis.

15 Decembris 1909.

XVII

Beatissime Pater,

Infrascripti oratores, ad Sanctitatis Tuae pedes humillime provoluti, enixe petunt, ut, ad augendum honorem Eucharistici Cordis Jesu, approbentur Officium et Missa propria, cujus schema jam propositum fuit S. Rituum Congregationi.

Specialis hic cultus, haud prorsus dissimilis illi, quem Ecclesia Catholica Sacratissimo Cordi Jesu tribuendum esse jamdiu declaravit, a Pio IX et Leone XIII felicis recordationis, Tuis antecessoribus, et a bis centum quinquaginta et amplius episcopis approbatus, Deoque favente, latissime diffusus et in Eucharisticis Conventibus summopere laudatus, aetate hac nostra, a christianae pietatis actibus fere abhorrente, eo tendit, ut sub hoc novo et tam suavi

titulo, quasi efficacia excitet Christifideles ad ardentissimum amorem erga SS. Eucharistiam et ad frequentem Communionem, a Beatitudine Tua vehementissime commendatam.

Archisodalitium Eucharistici Cordis Jesu, usque ad hanc diem, sexcenta millia sociorum complectitur, qui summa laetitia afficerentur, si praedictum officium et missa approbarentur, pro quibus supplicem libellum porrexerat Cardinalis Lecot, sanctae memoriae vir, cui in peculiari audientia, singularis haec gratia fuerat promissa a Tua Beatitudine, ut ipse retulit.

Prospera quaeque, Beatissime Pater, Tibi, quintum et vigesimum gloriosi episcopatus annum feliciter explenti, a Deo et a Beatissima Virgine adprecantur ex intimo cordis affectu,

Devotissimi famuli :

E. C. Coullié, Arch. Lugdunensis.
E. C. Mercier, Arch. Mechliniensis.
E. C. Arcoverde, Arch. St^{i}-Sabastiani, Fluminis Januarii.
† Alphonsus Gabriel, Ep. S. Deodati.
† Xaverius, Ep. Tarbiensis.
† Carolus, Ep. Ruthenensis.
† J. B., Ep. Tarentasiensis.
† Ernestus, Arch. Auxitanus.
† Firminus, Ep. Lenovicensis.
† Carolus, Ep. Versaliensis.
† Alcimus, Ep. Venetensis.
† Henricus-Maria, Ep. Engolismensis.
† Clodoveus, Ep. Lucionensis.
† Carolus, Ep. Aginnensis.
† Franciscus, Arch. Metymnens, Coadj. Camer.
† Paulus Aemilius, Ep. Gratianopolis.
† J. M., Ep. Viviensis.
† Joannes, Ep. Valentinensis.
† Ludovicus, Ep. Virdensis.
† Hieronymus, Ep. Bahiae.
† Ioachimus, Ep. Lianhyensis.
† Rutten, Ep. Leodiensis.
R^{me} Père Paniccia, Abbas Cisterciensium, Casamari (Italie).

Adm. Rev. Pater Van de Steene, Sup. provincialis Congregationis SS. Redemptoris (Belgiae).

Adm. Rev. Pater Losito, Sup. provincialis Congregationis SS. Redemptoris Prov. Neapolitanae.

Adm. Rev. Pater Gasparini, Rector et Parochus ecclesiae pontificalis S. Joachimi (Romae).

XVIII

Supplique du T. R. P. Castelain,
Provincial des Rédemptoristes de la Province de Paris.

Très Saint Père,

Votre Sainteté toujours préoccupée de réaliser son sublime programme : *Instaurare omnia in Christo,* ne cesse de nous exhorter à puiser, dans la source vivifiante de la Sainte Eucharistie, les vertus qui nous rendront vrais disciples de N.-S. Jésus-Christ, les grâces qui nous soutiendront, au milieu des dangers du temps présent, dans la pratique fidèle de nos devoirs.

Le Cœur Eucharistique de Jésus est en effet le foyer intense de la vie sacerdotale et religieuse. A ce contact on apprend à aimer : *in finem dilexit eos;* on apprend à se sacrifier : *tradidit semetipsum.* N'est-ce pas là tout le prêtre, tout le religieux?

Pour nous enflammer davantage à ce foyer d'amour, nous serions heureux, Très Saint Père, d'honorer d'une manière spéciale dans notre sainte liturgie, le Cœur Eucharistique de Jésus.

En approuvant l'Office et la Messe du Cœur Eucharistique, Votre Sainteté comblerait tous nos vœux et ferait jaillir, en notre faveur une nouvelle source de grâces précieuses, de nouvelles gerbes de flammes divines.

Que Votre Sainteté daigne donc exaucer nos ardents désirs et nos humbles prières.

Qu'elle daigne bénir en même temps celui qui est heureux de se dire avec respect, affection et reconnaissance,

De Votre Sainteté,

le fils très humble et dévoué en J. M. J. A.

D. Castelain C. SS. R.,

Provincial des Rédemptoristes de la Province de Paris.

Mouscron, 29 novembre 1909.

XIX

Paroisse de N.-D.-de-Grâce, Paris.

Beatissime Pater,

Infrascriptus orator ad Sanctitatis Vestrae pedes humillime provolutus, enixe petit ut ad augendum honorem Eucharistici Cordis Jesu, adprobentur Officium et Missa propria, cujus schema jam fuit propositum sacrae Rituum Congregationi.

Idem Orator ab Ill. ac Rev. D. Cardinali Victore Luciano Lecot, piae memoriae, introductus, bis a SS. Leone XIII privatim exceptus, exposuit quantus sanctificationis fructus in sua parochia a confraternitate Cordis Eucharistici Jesu, Cardinali Richard Archiepiscopo Parisiensi approbante erecta, omnibus fidelibus oriretur.

Quo fortasse sermone, divinaque gratia motus, Summus ille Pontifex, paucis post diebus, Archiconfraternitatem Cordis Eucharistici in ecclesia S. Joachim erigere dignatus est, eamque admirabilibus S. Alphonsi Liguorii filiis moderandam commisit.

Post illud tempus, aucta est in dies pietas parochianorum Dominae nostrae de Gratia Parisiis, cum quotidie adorationem continuam, quovis mense horam sanctam et adorationem perpetuam et praecipue triduana festa diebus 20, 21, 22, Januarii peragerent, quae in honorem semper, semperque solemniora celebrentur.

Quod si contingeret Officium Cordis Eucharistici Jesu et Missam similiter a Sanctitate Vestra approbari, inde novus uberiorum Dei beneficiorum fons existeret, nobisque melius, ipsa Ecclesiae Catholicae matris nostrae lingua expressus, actus ille supremae semperque viventis dilectionis quo Jesus Seipsum pro nobis immolare, Seipsum nobis donare, inter nos commorari voluit voletque ad ultimum usque saeculum saeculorum.

Prospera quaeque, Beatissime Pater, quinto et vigesimo gloriosi episcopatus Vestri anno feliciter revoluto, a Deo et Beatissima Virgine adprecatur ex imo cordis affectu.

Devotus famulus,

DOUVAIN,
Parochus B. M. de Gratia.

Paris, Februarii 1910.

XX

Couvent d'Esschen.

Beatissime Pater,

Devotio erga SS. Cor Eucharisticum Domini Nostri Jesu Christi nobis, filiis Sancti Alphonsi, admodum cara existit. Sanctus enim Fundator noster nos edocuit ut in devotione SS. Cordis Jesu consideremus et veneremur praesertim immensum illum amorem quem Salvator noster in institutione SS. Eucharistiae nobis exhibuit. Loquens enim de institutione Venerabilis Eucharistiae Sacramenti, scribit S. Doctor : « Merita dunque da noi grande amore questo gran tratto d'amore di Gesù Cristo; e percio in questi ultimi nostri tempi egli ha voluta instituita la festa in onore del suo SS. Cuore, come si dice revelato alla sua serva suor Margherita Maria Alacoque, affinchè noi rendessimo co'nostri ossequi ed affetti qualche contraccambio alla sua amorosa dimora che fa su gli altari. »

Sed est et altera ratio cur nobis, incolis domus Esschensis, imprimis cara existat haec salutaris devotio erga SS. Cor Eucharisticum Christi Domini. Ecclesia siquidem nostra prima est in orbe catholico quae, ex speciali indulto Sanctitatis Vestrae, in honorem SS. Cordis Eucharistici exstructa et solemniter consecrata est. In cujus rei memoriam in summitate turris permagna dominatur Cordis Eucharistici effigies, quae incolas regionis perenniter invitat ut ad Cor Christi in Eucharistia latitantis fiducialiter accedant divinoque pabulo eucharistico quotidie reficiantur.

Huc demum tertia accedat ratio ob quam cordi nobis est devotio erga SS. Cor Eucharisticum. Domus nostra domus est studiorum in qua juvenes nostrae provinciae Parisiensis (e patria exsules) studiis theologicis incumbunt, ut sacris dein ordinibus initiati, missionarii juxta Cor Christi evadant, sicque peccatores ad amorem Christi efficacius pertrahant. Porro ad zelum animarum cordibus juvenum instillandum, nihil efficacius quam devotio erga Cor illud sacratissimum in SS. Eucharistia latitans, hominesque invitans ut ad Se confugiant, ut reficiantur.

Hisce de causis, Beatissime Pater, ego, Rector domus nostrae Esschensis, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter et instanter Sanctitatem Vestram exoro, ut festum SS. Cordis Eucharistici instituere, atque Missam cum Officio proprio adprobare dignetur.

Pro qua gratia,

P. J. Herrmann,
C. SS. R.
Rector.

Esschen (in Belgio), 13 Januarii 1910.

XXI

Rev. Patris Godts, Provinciae Belgicae.

Beatissime Pater,

Franciscus Godts, presbyter e Congregatione SS. Redemptoris, ad pedes V. S. provolutus humillime exponit se a divina Providentia inspiratum atque adjutum fuisse ad aedificandum in pago Esschensi, Archidioeceseos Mechliniensis, in honorem SS. Cordis Jesu Eucharistici, pulchram ecclesiam cum excelsa turri, in cujus summitate fulget praegrandis statua deaurata Divini Redemptoris, Cor suum et symbolum SS. Sacramenti ostendentis.

Ut autem erga divinum Cor istud — a quo ut ait S. P. N. et Doctor Alphonsus cuncta profluunt sacramenta, praesertim vero Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum — tam Sacerdotum quam Christifidelium devotio magis ac magis augeatur, enixe petit praefatus orator a V. S. ut adprobare atque concedere dignetur Missam specialem cum Officio proprio de SS. Corde Eucharistico Jesu.

Pro qua gratia,

F. Godts, C. SS. R.

XXI

Revue de l'Archiconfrérie du Cœur Eucharistique.

Beatissime Pater,

Joseph Masquilier, sacerdos professus Congregationis SS. Redemptoris, moderator libelli periodici ad diffun-

dendam devotionem erga Cor Jesu Eucharisticum singulis mensibus editi,

Tum in suo ipsius nomine, tum in nomine plurium millium fidelium qui praedicto periodico subscriptores existunt,

Tuam Sanctitatem humillime deprecatur, ut Officium et Missam in ejusdem Cordis Eucharistici honorem concinnatum suprema Tua auctoritate approbare, atque ita devotioni erga Ipsum fovendae ac propagandae consulere benigna dignetur.

Sanctitatis Tuae
Servus humillimus ac obedientissimus,

J. M. Masquilier,
C. SS. R.

ALIAE SUPPLICES LITTERAE (1919-1920).

S. Ém. Cardinal Maurin, Archevêque de Lyon.
S. Em. Cardinal Dubois, Archevêque de Rouen.
S. Gr. Mgr Chesnelong, Archevêque de Sens.
S. Gr. Mgr Monnier, Evêque de Troyes.
S. Gr. Mgr Ginisty, Evêque de Verdun.
S. Gr. Mgr Thomé da Silva, Archevêque de St-Sauveur de Bahia, 4 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr de Miranda Henriques, Archevêque de Parahyba, 2 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr Leme da Silveira Cintra, Archevêque d'Olinda, 5 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr da Silva Continho, Archevêque de Belem do Para, 3 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr de Sonsa, Archevêque de Diamantina, 7 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr Duarte Silva, Archevêque de San Paôlo, 6 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr da Silva Gomes, Archevêque de Fortaleza, 2 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr d'Amour, Archevêque de Cuyaba, 2 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr Gomes Pimenta, Archevêque de Mariana, 8 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr Becker, Archevêque de Porto-Alegre, 4 suffragants, Brésil.
S. Gr. Mgr Arista (Jean-Baptiste), Evêque d'Arcicale, Italie.
S. Gr. Mgr l'Évêque de Pampelune.
S. Gr. Mgr l'Évêque d'Astorga.
S. Gr. Mgr l'Évêque de Jaca.
S. Gr. Mgr Pelt, Évêque de Metz.
S. Gr. Mgr Charost, Évêque de Lille.
S. Em. Cardinal Mercier, le 13 déc. 1920, a fait verbalement la demande au Souverain Pontife.

OFFICIUM IN FESTO EUCHARISTICI CORDIS JESU

FERIA V POST OCTAVAM SSMI CORPORIS CHRISTI
IN FESTO

EUCHARISTICI CORDIS JESU

Duplex majus.

IN I VESPERIS

Ant. et Capit. de Laud.; Pss. ut in I Vesp. Festi SSmi Corporis Christi.

HYMNUS.

Cor dulce Jesu, quis tuum
In nos amórem flammeum,
Quis dicat inde spléndida
Enáta nobis múnera?
Enárret haec Apóstolus,
Cui ter beáto cóntigit
Super Magístri péctore
Coenántis acquiéscere.
Optáta, Jesus díxerat,
Illúcet hora, víctimam
Qua sponte me, pro sóntibus
Vitam datúrus, immolem.
Ampléctar ultro víncula,
Flagélla, serta spínea,
Clavos, et ima péctoris
Transverberántem lánceam.
Sed próripit me lóngius
Amóris ardor; pérsequar,
Caelo recéptus, ínfimis
His immorári sédibus.
Sacris in aris, ínteger
Homo Deúsque cándida
Sub panis umbra délitens
Solábor Hevae fílios.
Cor dulce Jesu, múnera
Tot unde nobis prófluunt,
Fac nostra te medúllitus
Amáre discant péctora.
Amen.

℣. De bono thesáuro Cordis sui profert bonum, allelúja.
℟. Implens cibo et laetítia corda nostra, allelúja.

Ad Magnif. Ant. Coenántibus autem eis, * accépit Jesus panem, et benedíxit ac fregit, dedítque discípulis suis, et ait : Accípite, et comédite : hoc est corpus meum.

Orat. Dómine Jesu Christe, *ut infra ad Laud.*

Complet. de Dom.

Conclusio Hymnorum erit sequens :

Jesu, tibi sit glória,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, et almo Spíritu,
In sempitérna sáecula.
Amen.

AD MATUTINUM

Invit. Cor Jesu sanctíssimam Eucharístiam nobis donans, * Veníte, adorémus.

Ps. 94 Veníte, exsultémus.

HYMNUS

Cor dulce Jesu, Pábuli
Invéntor Eucharístici,
Salve, piásque súscipe
Ex orbe toto grátias.

O finis expers Cáritas,
Cui páruit poténtia
Intermináta, máximum
Ut éderet miráculum.

Nostris in aris óccupat
Divinus Hospes céllulam
Vel último mortálium
Noctes diésque pérviam.

Hinc gratiárum pérpetem
Effúndit Ille cópiam;
Admíttit omnes, néminem
Abíre tristem sústinet.

Instrúxit et Convívium,
Dapémque nobis cáelitem
Sui minístrat Córporis,
Suíque potum Sánguinis.

Cor dulce Jesu, múnera
Tot unde nobis prófluunt,
Fac nostra te medúllitus
Amáre discant péctora.

Amen.

In I Nocturno.

Ant. Quid est homo, quod memor es ejus? aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

PSALMUS 8.

Dómine, Dominus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super caelos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem prôpter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo caelos tuos, ópera digitórum tuórum : * lunam et stellas, quae tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, glória et honóre coronásti eum : * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pédibus ejus, * oves et boves univérsas : ínsuper et pécora campi.

Vólucres caeli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.

Dómine, Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Ant. Quid est homo, quod memor es ejus? aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum?

Ant. Mittit nobis Dóminus * auxílium de sancto : et de Sion tuétur nos.

PSALMUS 19.

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto : * et de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui : * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum : * et omne consílium tuum confírmet.

Laetábimur in salutári tuo : * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de caelo sancto suo : * in potentátibus salus déxterae ejus.

Hi in cúrribus, et hi in equis : * nos autem in nómine Dómini, Dei nostri, invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt : * nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine, salvum fac regem : * et exáudi nos in die, qua invocavérimus te.

Ant. Mittit nobis Dóminus auxílium de sancto : et de Sion tuétur nos.

Ant. Misericórdia Dómini * subséquitur nos ómnibus diébus vitae nostrae.

PSALMUS 22.

Dóminus regit me, et nihil mihi déerit : * in loco páscuae ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiae, * propter nomen suum.

Nam, et si ambulávero in médio umbrae mortis, non timébo mala : * quóniam tu mecum es.

Virga tua, et báculus tuus : * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum : * et calix meus inébrians quam praeclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitae meae.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Ant. Misericórdia Dómini subséquitur nos ómnibus diébus vitae nostrae.

℣. De bono thesáuro Cordis sui profert bonum, allelúja.

℟. Implens cibo et laetítia corda nostra, allelúja.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios

LECTIO I *Cap.* I, 3-8.

Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui benedíxit nos in omni benedictióne spirituáli in caeléstibus in Christo, sicut elégit nos in ipso ante mundi constitutiónem, u essémus sancti et immaculáti in conspéctu ejus in caritáte. Qui praedestinávit nos in adoptiónem filiórum per Jesum Christum in ipsum, secúndum propósitum voluntátis suae, in laudem glóriae grátiae suae, in qua gratificávit nos in dilécto Fílio suo. In quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissiónem peccatórum, secúndum divitias grátiae ejus, quae superabundávit in nobis, in omni sapiéntia et prudéntia.

℟. Per víscera misericórdiae Dei nostri, * Visitávit nos óriens ex alto. ℣. Quid est homo quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum Cor tuum? Visitávit.

LECTIO II. *Cap.* III, 14-21.

Hujus rei grátia flecto génua mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in caelis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriae suae, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiórem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris : in caritáte radicáti, et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiae caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intellígimus, secúndum virtútem, quae operátur in nobis : ipsi glória in Ecclésia, et in Christo Jesu, in omnes generatiónes sáeculi sáeculorum.

℟. Confitémini Dómino, et invocáte nomen ejus, * Annuntiáte inter gentes ópera ejus. ℣. Cantáte ei et psállite ei : narráte ómnia mirabília ejus. Annuntiáte.

LECTIO III. *Cap.* IV, 1-6.

Obsecro itaque vos ego vinctus in Dómino, ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis, cum omni humilitáte, et man-

suetúdine, cum patiéntia, supportántes ínvicem in caritáte, sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis. Unum corpus, et unus spíritus, sicut vocáti estis in una spe vocatiónis vestrae. Unus Dóminus, una fides, unum baptisma. Unus Deus et Pater ómnium, qui est super omnes, et per ómnia, et in ómnibus nobis.

℟. Unus panis, unum corpus multi sumus, * Omnes qui de uno pane participámus. ℣. Ambuláte in dilectióne, sicut et Christus diléxit nos. Omnes. Glória Patri. Omnes.

In II Nocturno.

Ant. Quid bonum ejus * est, et quid pulchrum ejus, nisi fruméntum electórum, et vinum gérminans vírgines?

PSALMUS 41.

Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum : * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitivit ánima mea ad Deum fortem vivum : * quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrimae meae panes die ac nocte : * dum dícitur mihi quotidie : Ubi est Deus tuus?

Haec recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei.

In voce exsultatiónis, et confessiónis : * sonus epulántis.

Quare tristis es, ánima mea? * et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meipsum ánima mea conturbáta est : * proptérea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a monte módico.

Abyssus abyssum invocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericordiam suam : * et nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitae meae, * dicam Deo : Suscéptor meus es.

Quare oblitus es mei? * et quare contristátus incédo, dum affligit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi qui tribulant me inimíci mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies : Ubi est Deus tuus? * quare tristis es, ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ant. Quid bonum ejus est, et quid pulchrum ejus, nisi fruméntum electórum, et vinum gérminans virgines?

Ant. Audíte * audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra.

PSALMUS 83.

Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum : * concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea * exsultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum : * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum : * Rex meus, et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine : * in saecula saeculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est auxílium abs te : * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum in loco quem pósuit.

Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine, Deus virtútum, exáudi oratiónem meam : * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protéctor noster, áspice, Deus : * et réspice in fáciem Christi tui.

Quia mélior est dies una in átriis tuis, * super míllia.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei : * magis quam habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam. et veritátem díligit Deus : * grátiam et glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia : * Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Ant. Audíte, audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassitúdine ánima vestra.

Ant. Non esúrient, * neque sítient ámplius quóniam Agnus dedúcet eos ad vitae fontes aquárum.

PSALMUS 86.

Fundaménta ejus in móntibus sanctis : * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriósa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienigenae, et Tyrus, et pópulus Æthíopum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea : * et ipse fundávit eam Altissimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum, et príncipum : * horum, qui fuérunt in ea.

Sicut laetántium ómnium * habitátio est in te.

Ant. Non esúrient, neque sítient ámplius, quóniam Agnus dedúcet eos ad vitae fontes aquárum.

℣. Inebriabúntur ab ubertáte domus tuae, allelúja. ℟. Et torrénte voluptátis tuae potábis eos, allelúja.

Sermo sancti Alfónsi Mariae Episcopi.
Ex Novendiali.

LECTIO IV.

O si nobis datum esset amórem comprehéndere, qui in Corde Jesu ardet erga nos! Adeo nos diléxit ut, si omnes hómines, ángeli et sancti vires suas ad amándum conjúngerent, ne millésimam quidem partem attíngerent dilectiónis, qua Ipse nos compléctitur. Jesu amor nostrum erga nosmetipsos amórem in imménsum súperat; praeter omnem modum nos díléxit : « Dicébant excéssum ejus quem completúrus erat in Jerúsalem. » Deus cum sit, perpétua nos caritáte diléxit, ita ut nullum fúerit ab aetérno moméntum quo de nobis non cogitárit et unumquémque nostrum non amáverit : « Caritáte perpétua diléxi te. » Amóre nostri homo factus, vitam aerúmnis plenam mortémque crucis sibi elégit, nostram felicitátem próprio honóri, própriis cómmodis, própriae vitae praepónens omnibúsque renúntians ad suum nobis amórem demonstrándum. Haec autem nonne caritátem produnt in excéssus proruéntem, qui ángelos et cáelites omnes per totam stupefácient aeternitátem?

℟. In dilectióne sua, et indulgéntia sua Dóminus redémit pópulum suum, et portávit eos, * Et elevávit eos cunctis diébus sáeculi. ℣. Expándit alas suas atque portávit in húmeris suis. Et.

LECTIO V.

Idem ille amor cómpulit eum ut nobíscum permanéret in Sanctíssimo Sacraménto tamquam in régio caritátis sólio. Ibi enim degit sub spécie panis, tabernáculo inclúsus, sua majestáte spoliátus, immóbilis et sénsuum usu destitútus, ita ut nihil ibi ágere videátur quam hómines dilígere. Amor perpétuam praeséntiam vult amáti, et ideo Dóminus Jesus remánsit nobiscum in Sanctíssimo Sacraménto. Amantíssimo Salvatóri nimis breve visum est per solos trigínta tres annos cum homínibus in terra commorári, et proptérea ad expléndum desidérium suum perpétuo nobíscum permanéndi, necésse ipsi visum est máximum ómnium operári miráculum et instituere Sanctíssimae Eucharistiae Sacraméntum. Jam peráctum erat opus redemptiónis, jam Deo reconciliáti erant hómines; ad quid ergo in hoc Sacraménto remánsit Dóminus? Remánsit, quia suum a nobis discéssum Cor ejus ferre non póterat, testátus suas delicias esse nobíscum. Quinimo amor ille impulit eum ut étiam cibus animárum nostrárum fieret, ut nobis se uniret,

ut de córdibus nostris deque suo quasi una res fieret : « Qui mandúcat meam carnem in me manet et ego in eo. » O prodigium stupéndum, o excéssum caritátis Dei erga nos!

℣. Jesus cum dilexisset suos, qui erant in mundo, * In finem diléxit eos. ℣. Sciens quia ómnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit. In.

LECTIO VI.

E Corde Jesu amantissimo ómnia quidem Sacraménta prodiérunt, potíssimum tamen inde procéssit Sacraméntum amóris, quo Ipse nobis esset vitae sócius, ánimae cibus, sacrifícium infiniti valóris. — Haec adoránda Cordis adinvéntio summíque amóris demonstrátio jure mérito peculiári cultu recolénda est populisque praedicánda, his nostris praesértim refrigescéntis caritatis tempóribus. Id agnovérunt complúres per orbem sacrórum Antistites, qui pietátem erga Eucharisticum Cor Jesu ubíque propagándam curárunt. Hinc Leo Papa décimus tértius vária preces in ejúsdem Eucharistici Cordis Jesu honórem Indulgéntiis ditávit et Archisodalitátem sub praefáto titulo in ecclésia sancti Ióachim in Urbe eréxit. Benedictus autem décimus quintus, Póntifex máximus, devotiónem erga Cor Jesu, Sanctissimum Eucharístiae nobis pródigens Sacraméntum, probávit. Quo vero salutáris haec pietas ulterióra accíperet increménta, et uberióres in fidélibus produceret fructus, idem summus Póntifex Offícium et Missam própriam in honórem Eucharístici Cordis Jesu concéssit.

℣. Dóminus noster Jesus Christus diléxit nos et dedit consolatiónem aeternam * Et spem bonam in grátia. ℣. Bénedic, ánima mea, Dómino : et noli oblivisci omnes retributiónes ejus. Et. Glória Patri. Et.

In III Nocturno.

Ant. Tóllite hóstias * et introíte in átria ejus : adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

PSALMUS 95.

Cantáte Dómino cánticum novum : * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus : * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter Gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis : * terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii Géntium daemónia : * Dóminus autem caelos fecit.

Confessio, et pulchritúdo in conspéctu ejus : * sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriae Géntium, afférte Dómino glóriam et honórem : * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus, * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : * dicite in Géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terrae qui non commovébitur : * judicábit pópulos in aequitáte.

Laeténtur caeli, et exsúltet terra : commoveátur mare, et plenitúdo ejus; * gaudébunt campi, et ómnia quae in eis sunt.

Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia venit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrae in aequitáte, * et pópulos in veritáte sua.

Ant. Tóllite hóstias et introite in átria ejus ; adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Ant. Introíbo * ad altáre Dei, ad Deum qui laetificat juventútem meam.

PSALMUS 42.

Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta, * ab hómine iníquo, et dolóso érue me.

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea : * quare me repulisti? et quare tristis incédo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam et veritátem tuam : * ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei : * ad Deum, qui laetificat juventútem meam.

Confitébor tibi in cithara, Deus, Deus meus : * quare tristis es, ánima mea? et quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salutáre vultus mei, et Deus meus.

Ant. Introíbo ad altáre Dei, ad Deum qui laetificat juventútem meam.

Ant. Per Jesum offerámus * hóstiam laudis semper Deo.

PSALMUS 149.

Cantáte Dómino cánticum novum : * laus ejus in ecclésia sanctórum.

Laetétur Israël in eo, qui fecit eum : * et fílii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano, et psaltério psallant ei :

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo suo : * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória : * laetabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * et gládii ancípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindictam in natiónibus : * increpatiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fáciant in eis judicium conscriptum : * glória haec est ómnibus sanctis ejus.

Ant. Per Jesum offerámus hóstiam laudis semper Deo.

℣. Inebriábo ánimam sacerdótum pinguédine, allelúja. ℟. Et pópulus meus bonis meis adimplébitur, allelúja.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

LECTIO VII.

Cap. XXII, 15-20.

In illo témpore : Dixit Jesus discipulis suis : Desidério desiderávi hoc pascha manducáre vobiscum, ántequam pátiar. Et réliqua.

Homilia sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 46 *in Joann.*

